

De significatione praepositionis *xará* in compositis, quatenus

ex Thucydidis historia cognosci possit.

Quum praeterito anno munus disputationis huic libello praemittendae mihi delatum esset, primo hac opportunitate usus sententiam meam de imperativo linguae latinae passivo explicare volui. Mox vero materiae inopia pressus hanc in extrema pagina breviter comprehendere et de vi praepositionis *xará*, quae quid cum genetivo vel accusativo conjuncta significaret jam abhinc quattuor annos dissertatione inaugurali quaesiveram, in compositis disserere animo proposui.

Quamvis quid praepositiones in verbis compositis valeant scire magni, ut mihi quidem videtur, sit momenti et ad cogitationem scriptoris plane assequendam ejusque voluntatem accurate interpretandam et ad primam ipsius praepositionis significationem cognoscendam,¹⁾ hancque vocabulorum partem a multis scriptorum interpretibus saepe plane negliget esse inter omnes constet, tamen, quotquot exstiterunt, qui grammaticae studio vires diligentiamque impenderunt, ita ut et multi totam grammaticae rationem complectentes libri conscripti sint et multi iisque optimi de nonnullis ejus partibus libelli in lucem prodierint, nemo adhuc mihi innotuit, qui libro singulari significationem praepositionum in verbis compositis accuratius perquireret.²⁾ Quae quum ita sint non inutile fore putavi si praepositio-

-
1. cfr. Schwarz: de praepositionibus Graecis et Latinis dissert. inaug. Regimontii 1859, qui optime demonstrare studet „proficiscendum esse grammaticis ab usu praepositionum in compositis, tum demum transeundum iis esse ad illum usum quo casibus nominum proponantur, ad solam enim compositionem ab initio destinatas esse praepositiones illamque grammaticorum opinionem, qua praepositiones ab initio mera adverbia fuisse contendant, rejiciendam.“ In prima praepositionum significatione investiganda verba composita non negligenda jam duxit Hermannus in epist. ad Spitznerum (Opusc. V p. 35). Atque Schmidius (de pr. Gr. p. 89) nonnullae, inquit, praepositiones propriam suam vim in compositione tantum retinuerunt.
 2. Schwarz ibid. p. 18. „Difficillima fere omnium nobis res videbitur, de usu et significationibus praepositionum compositarum accurate et distincte exponere, nec adhuc hoc quisquam co-

num in compositione naturam et vim exacte indicarem meamque sententiam exemplis ex Thucydidis opere collectis confirmarem. —

Permultos extare locos apud veteres scriptorum interpretes, scholiastas aliosque ejusdem generis homines dico, qui praepositiones in compositione supervacaneas esse docent,³⁾ omnes scimus. Hos locos quum diligenter collegerint Fischer ad Velleri grammaticam, Winer in commentatione de verborum cum praepositionibus compositorum in novo testamento usu part. I, Kissner in programmate Lycae 1846 de pleonasmo praepositionum Graecarum p. 1 seqq. et 25 seqq, et de praeverbio ὑπό in compositis abundante ibd. 1854. non opus est hoc loco iterum afferre. Id tantum praeterire nolo, quod vel eo processerunt scholiastae, ut docerent ἀτυχῶς praepositionem redundare in compositis, ut scholiasta ad Platonis Gorg. p. 489 d., cuius sententiam vel Heindorfius probat bene refutatus a Stallbaumio, qui ad hunc locum, quod per se intelligitur, docet, προδιδάσκειν significare „antea docere.“ Idem fecit scholiasta ad Arist. eqq. 37, qui ad verbum παρατησώμεθα adnotavit: περιττὴ δη παρά. ἔστι γὰρ αἰτησώμεθα, παραπαλέσωμεν. πλεονάζοντι γὰρ καὶ ἐλλείποντι ταῖς προθέσεσι Ἀττικοί. Neque vero flocci habenda est, nisi omnem orationis succum et sanguinem amitti placuerit, sententia illa ab antiquis scriptorum interpretibus et Graecis et Latinis saepissime prolatā, qua verbum cum praepositione compositum pro simplici positum esse docent. Quis enim credat tam fatuos fuisse scriptores ut scriperint quidquam quod nihil sit aut nullam praebeat vel utilitatem vel venustatem? Attamen in nostram usque memoriaṁ fabulas multas ea de re irrepsisse optime demonstraverunt controversiae illae, utrum praepositiones in novo testamento verbis notionem novam addant necne.⁴⁾ Sane vix cre-

natus est.⁵⁾ Prodierunt quidem nonnulli libri singulares de praepositionibus, sed quoscumque vidi vel nihil vel perpaucā de significatione in compositis continent. cfr. praeter eos, quos in dissertatione mea de vi et usu praepositionis κατά p. 2 et 3 autuli, Gynther: de usu praepositionum apud Homerum. Epistola ad Frid. Augustum Wolfium. Halis Saxonum 1814 p. 30. Winnefeld: Die Griechischen Präpositionen Rastatt 1859 et 60. Fritsch: Vergleichende Bearbeitung der Griechischen und Lateinischen Partikeln II Theil. Die Präpositionen. Giessen 1858. Harrison: A treatise on the Greek prepositions and on the cases of nouns with which these are used. Philadelphia 1858.

3. Exstant vero etiam loci, ubi recte contrarium docetur, velut apud Eustathium ad Il. β 267. γησὶ γοῦν σμῶδιξ ἐξυπανέστη, ἥγοντι κάτωθεν εἰς εὐθὺν ὑψόθη. Αἰλοῖ γάρ, γαστί, ἐτραῦθα δη μὲν ὑπὸ πρόθεσις τὸ κάτωθεν, δη δὲ ἐξ τὸ εἰς εὐθύν ἥ δὲ ἀνὰ τὸ ὑψος ὡς καὶ ἐν τῷ ὑπεξαναδὺς καὶ ἐν τοῖς δόμοις. Ιστέον γὰρ ὅτι οὐδαμοῦ στοιβὴν προθέσεων μάτην οὐτοις θῆται ὁ ποιητὴς ἀλλ' ἐκάστη τῶν συγχειμένων σημαίνει π. Idem imprimis docet scholiasta Sophoclis. cfr. ad. O. C. 668. Aj. 421. 1001. Antig. 100. 751. Philoct. 1238.
4. Nihil praepositionem in compositis valere praeterea contenderunt: Brunck ad Aristoph. nubb. 987. Fischer ad Aristoph. Plut. 431. Zell ad Aristot. Ethic. Nic. p. 383. Ruperti ad Sil. Ital. II p. 180. Quod vero Thoms in commentatione de significatione praepositionum in verbis compositis linguae Latinae part. I progr. Greifswald. 1838 p. 2 philologorum fere principem Bentlejum hujus erroris accusat, fallitur. Etsi enim vir excellentissimus loco a Thoms allato Hor. Od. 3, 2, 14 persecui nihil aliud esse quam sequi dicit, tamen aperte indicare tantum vult persecui aequē minus ac simplex sequi Graeco verbo κιχεῖν, quod in

dibile est hominem ratione praeditum talia scribere potuisse, qualia tum Fischerus, scholae Thomanae, quae etiamnunc floret, rector in proluss. de vitiis lex. p. 121. „sciunt fere omnes unoque consensu fatentur, scriptores Graecos ad unum omnes, imprimisque Atticos (!) verbis e praepositionibus compositis ut ἀνά, ἀπό, διά, εἰς, πατέρα plerumque ita esse usos, ut iis notionem et vim verborum simplicium subjecerint“ quem stupore superavit posteriore tempore Fritzschius, qui Steinbachii ad Bornam sacris procurandis profuit, in libro qui inscribitur „Recension von Fischers und Paulus Bemerkungen über das Bedeutungsverleb der griechischen Präpositionen in den damit zusammengesetzten Verbi“ qui non joci caussa sed serio p. 28 hanc sententiam proposuit: „Es ist das Gewöhnliche, daß die Verba composita mit ihren Simplicibus gleichbedeutend sind. Der entgegengesetzte Fall, daß die Präposition die Bedeutung des Verbi compositi modifiziert, ist seltener, folglich — Ausnahme!“

Breviter de his controversiis disputavit Thoms in libro quem in adnotatione quarta attuli. Plura dant Van der Leeuw (s. pr. G. v. Voorst) animadversionum de usu verborum cum praepositionibus compositorum in novo testamento, specimen primum 1818 et Winer in libro quem jam nominavi part. I et II.

Recentioribus vel temporibus opinionem illam yanam de pleonasmo praepositionum in compositione non evanuisse intelliget qui legerit Popponis verba in prolegomenis ad Thucydidem vol. I p. 203, Heynii et Forbigeri ad. Virg. Aen. 1,644, Kissneri in programmate Lyccae 1846 de pleonasmo praepositionum Graecarum, Hermanni ad Lucian. de conser. hist. p. 321, Piersoni in dissertatione „über die Tmesis der Präposition vom Verbum bei Griechischen Dichtern insbesondere bei Dramatikern und Lyrikern“ Mus. Rhen. vol. XI. qui p. 93 praepositionibus „welche in ihrer Verbindung mit dem Verbū allmählich ihre besondere Bedeutung an dasselbe fast eingebüßt haben und deshalb auch, weil sie gleichsam nur ein stummes Präfix des Verbū waren, von ihm getrennt werden konnten“ solum πατέρα exemplum adjunxit. Ea quidem hujus viri sententia, qua contendit, in nonnullis verbis quotidiano usu vim praepositionis debilitatem esse et hac de caussa, si poeta eam premere vellet, tmesi usum esse, veritate nititur. Idem in illas dictiones cadit, in quibus, quod saepissime fit, ad verbum cum praepositione conjunctum casus cum eadem vel simili praepositione conjunctus additur cfr. Erfurdt ad Soph. Oed. T. 1235, Oed. C. 1269, Philoc. 1042. Sed jure suo G. Hermannus futile vocat ad. Soph. Oed. C. 674 commentum illud verbum compositum pro simplici positum esse. Neque enim aliter, inquit, compositis pro simplicibus ut licitum est, quam ubi significatu ita convenient, ut recte commutari possint. Bene praeterea de verbis compositis linguae Latinae disputat Hand in libro, qui inscribitur Lehrbuch des lateinischen Stils p. 164, cuius verba cum aequo ad linguam Graecam apta sint, apponere liceat: „Bei den Verbi compositis muß wohl erwogen werden, wie in ihnen die Präpositionen Nebenbegriffe enthalten, welche bald mehr, bald weniger als wesentliche hervortreten. Die deutsche Sprache besitzt nicht in Allem eine gleiche Bestimmtheit und muß Hülfsmittel wählen, daher werden auch Deutsche verleitet, Composita als gleichgeltend für Simplicia zu gebrauchen. Wehl kam der erforderliche Nebenbegriff aus dem Zusammenhang

Simonidis versu δέ τοι θάρατος ἔκειται καὶ τὸν γρηγόματον est, respondere, Horatium igitur quum hunc versum verbum de verbo redderet consequi scripsisse, quod Graeco πατέρα respondeat,

zu ergänzen sein und daher ein Verbum simplex für ein compositum stehen, nicht aber der ausgesprochene Nebenbegriff ungültig werden. Doch liegt in mancher Composition eine so feine Ausbildung oder Wendung d. s. Begriffs, daß sie leicht übersehen werden kann. Die spätere Latinität verkannte das und suchte in den compositis nur eine vermeintliche Eleganz ohne Beachtung der Bedeutung. Retinere steht nie für tenere, abnegare nicht für negare, efficere statt facere, elaborare statt laborare.⁽⁵⁾

Sunt vero qui dicant non tam ad verba scriptorum⁽⁶⁾ quam poetarum, qui metris legibus coacti verbo composito pro simplici utantur, scholiastarum παρέλκει, πλεονάζει, περισσεύει, περισσή ἔστι η πρόθεσις adscripta esse. At quis mihi persuadebit bonum poetam metri ac numerorum vinculis eo perduci posse, ut inani verborum strepitu aures obtundat et quidquam unquam scribat quod vanum sit? Num metri vinculis Aeschylus coactus est, ut scriberet Agam. 1518.

πρὸς ἡμῶν κάππεσε, κάτιθε καὶ καταθάψουεν κ. τ. λ. ? Minime poetis majorem in quovis genere licentiam quam scriptoribus abjudico, nam poetis

Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas Hor. ad. Pis. 10. vel Lessingii nostri verba: Wo ist der glückliche Versificateur (sic!), den nie das Silbenmaß, nie der Reim, hier etwas mehr oder weniger, dort etwas stärker oder schwächer, früher oder später sagen ließe, als er es, frei von diesem Zwange, würde gesagt haben? (Dram. I p. 36 Lachm.) falsa habeo, sed omnes illae licentiae alius generis sunt neque unquam poetae vana scribere permittunt. Per multis certe in compositis non facile pernotescetur, qua ratione verbi vis praepositione immutetur, quum ad id perspicendum saepissime animo quam maxime attento opus sit illudque significationum discrimen tam leve ac tenue sit, ut sentiri facilis quam explicari possit, nihilo tamen minus simplex et compositum numquam idem significare censeo. Hoc etsi de una tantum praepositione nunc demonstrare in animo est, tamen non inutile erit, antea de omnium verborum compositorum origine et natura aliquid disputare. — Duabus ut mihi videtur de caassis verba composita initio facta sunt, quarum prior est necessitas. Quum enim homines alicujus actionis, locum imprimis vel tempus respicientes, varias species indicare vellent, verbo simplici, quod notionem generatim significabat, praepositionem, qua diversas rerum relationes designarent, addebant. cfr. ἀναβάνειν et καταβάνειν, ἀναβλέπειν et καταβλέπειν, ἀναβάλλειν et καταβάλλειν, μεταγγίγωσκειν et προγιγνώσκειν, μετακλαίειν et προκλαίειν. Talia verba vel vulgari hominum sermoni necessaria fuisse omnes concedent. Sed hac via et ratione tentata longius processerunt et notioni verbi praepositione addita notum aliquod insigne addentes studuerunt, ut illam notionem vel etiam novam ex simplici profectam clare ad oculos referrent. Simi-

-
5. Ruddimanus inst. II p. 37 assert duo exempla talis enallages, ad quae recte Stallbaumius adnotavit: „Quae illic disputat, nihil faciunt, ut demonstretur hic usus verborum compositorum; quae equidem pernega usquam pro simplicibus verbis usurpata esse, quamvis simplicia pro compositis poni facile concedam. Etenim facile animo intelliges, quae addi ratio sententiae postulet, licet non diserte verbis significata; expressa autem et verbis indicata pro non indicatis habere, id vero sine molestia fieri nullo modo potest.“
 6. Ex his vero excipiunt Polybium et Plutarchum cfr. Tschukke in commentat. log. rhetor. de erro. C. I p. 276.

lem igitur in his compositis praepositio sensum habet atque epitheton quod vocant ornans, cuius notionem his verbis circumscribit Storch in programmate Ratiboriensi anni 1858 p. 6. Das Epitheton ornans ist eine Figur, welche der Darstellung dadurch Anschaulichkeit verleiht, daß sie an dem Begriffe eines Dinges ein bedeutsames Merkmal hervorhebt, durch welches unsere Imagination den Impuls erhält, das Bild des Ganzen zu schaffen, mit einem Schlage, wie es vor der dichterischen Anschauung stand.⁷⁾ Eiusmodi verba sunt: ἀραβλύζειν pro βλύζειν, scaturientes enim aquae exsilire in altum solent, καταδονλοῦν pro δουλοῦν, ἐξαμαρτάνειν pro ἀμαρτάνειν, quasi imaginem deflectendi a scopo significans, ἀναιρέσειν aufnähren i. e. nutriendo facere ut quis crescat, praesertim de catulis et infantibus cfr. Xen. mem. 4, 3, 10, ἀποκωλύειν pro κωλύειν, ἀραβράχειν (τὰ θύρεθρα Hem. Od. 21, 49), ἀποχεραλίζειν et ἀποχαρακεῖν decollare (Sueton Calig. 32) pro quo antiquiores dixerunt καρακοεῖν (cfr. Lobeck ad Phryn. p. 341), ἐξαναρρόνειν Aesch. Eum. 912, καταπολεμεῖν bello devincere, ἀναβοᾶν, ἀναρράζειν, ἀναστενάζειν, ex imo enim gutture vox repentina aut gemitus prorumpit, ἀναγελᾶν, ἀποκλείειν, ἀποσπένθειν, alia. Neque mirum est talibus verbis Graecorum lingua abundare, qua in gente imaginandi facultas magis viguerit quam in Latina et Germanica. Nostrates enim, qui ingenii acumine plus quam imaginandi vi valent, in significandis iis, quae necessaria videantur, plerumque constiterunt. In his verbis interpretandis praeterea animum ad id attendere debemus, quod semper ex ipso Graecorum ingenio vitaeque cultu, quae Graecis fuerit caussa, quaerimus, cur compositum aliquod verbum eligerent pro simplici vel alio composito. Cogitandi enim ratio non omnibus populis eadem est, sed Graeci sermonis natura saepe a nostri vel alias cuiusdam longe recedit, veluti κατάγειν ναῦν Graeci vocant, quod nos dicimus Schiffe aufbringen (Fäpfern). Illi igitur de navibus in portum, quum captae essent, deducendis cogitabant, nobis quae ratio subsit etsi ex Grimmii glossario, quod miror, perspicere non potui, rem ita cogitandum esse puto, ut jam de navi ex mari in littus subducta cogitur.⁸⁾ Ad illud alterum verborum compositorum genus referenda sunt omnia verba, quorum notio a sensibus sevocata solaque mente percipienda est. His

7. cfr. Pfeffer: eine phisiologische Abhandlung. Progr. v. Danzig 1857 p. 2 „Poetae, quum fabulas enarrant aut animi affectus describant saepissime notionibus aut rerum aut hominum adjactiva apponere solent, quae ut carminis locos, ubi legantur, facilius intelligamus, omnino nihil afferunt, quum intellectu minime perturbato vel obscurato, eadem possint omitti. Indicant autem illa adjactiva plerumque qualitates rerum nativas et immutabiles atque perpetuas, quae ex immutabili naturae lege in sempiternum rebus innatae videntur, sive ex communi cogitandi ratione hominum unius tantum aetatis aut omnium temporum attribui solent neque artis solum locis vel temporibus in rebus nascentur, ita ut legentibus nobis, quum vim imaginandi animo nostro innatam quam maxime lassent atque commoveant, oblectationem illam citissimum praebent, quam ex poetarum operibus praecipue quaerere solemus, sensus nostros et animum ab humanis et terrenis rebus detractos ad communem omnium rerum fontem caligine mirabili usque ad temporum fines obvolutum revocantem et reducentem. Hujus igitur generis adjactiva ornantia epitheta esse dico.“

8. „ἡ φύεται διαλάμπει der Tag bricht an, bei den Griechen als Durchbruch des Lichtes bezeichnet.“ Sintenis ad. Plut. Cat. maj. 13. cfr. καταπατεῖν conculcare zerstreuen, καταγύρναι zerbrechen.

igitur praepositione addita aliiquid adjicitur, quod sensum quandam movet, veluti in verbo *κατασχίνειν* praepositio ad oculos ejus, cui pudor injicitur, in terram dejectos spectat. Ad idem compositorum genus illa verba pertinent, in quorum simplici jam ea notio inesse videtur, quae praepositione adjicitur, velut *ἀποκωλύειν*, *καθῆσθαι*, *καταθύγησειν*, *καταπτίνειν*, eaque in quibus praepositio simplicis verbi notionem, ut grammatici dicunt, auget i. e. efficit, ut ad actionis significationem aliqua intentionis (έπιτάσσεις Gell. n. a. 6, 7, 5) notio accedat, veluti in his: *κατελπίζειν* confidenter sperare, *καταβρέχειν* permadefacere, *καταλγεῖν* graviter dolere, *κατακόνειν*clare audire, *καταδαμάζειν* perdomare, *διαπνηθάνεσθαι* perquirere, *διακρατεῖν* pertinaciter tenere, *διασείειν* vehementer quassare,⁹⁾ *διολλίναι* funditus delere, *διαμιχαρᾶσθαι* summo studio moliri, *ἀποθαυμάζειν* vehementer mirari, *ἀπομέμφεσθαι* acriter increpare, multa alia.¹⁰⁾ At haec verba Graecos ita finxisse, ut mentem a sensibus et cogitationem a consuetudine abducerent, pertinaciter nego.

Semper contra in his quoque ut in omnibus compositis primam praepositionis notionem i. e. localem vel temporem, quae quamvis mutetur saepe et immunuatur, numquam tamen vim suam amittit vel quidquam continet, quod illi repugnet, cognosci posse contendeo, illam vero interpretationem, etiamsi multis locis falsa nominari non possit, nullo tamen loco idoneam et accuratam nec nisi viam esse, qua magnam difficultatem facili negotio removamus. — Sed haec hactenus.

Neque enim hujus loci est, omnem de verborum compositorum varietate disputationem comprehendere. Ad id tantum praeterea lectoris animum advertere volo, nec talibus locis qualis apud Demosthenem legitur 44,33 ἀπεληλυθώς εἰς τὸν πατρῶον οἴκον similibusque quos collegerunt Jocob ad. Lucian. Toxar. p. 45 et Held ad Plut. Timol. p. 413¹¹⁾ neque iis, ubi ad verbum compositum adverbium additur, quod eandem ac praepositio illius verbi significationem habere videtur, ut πάλιν ἀναλαμβάνειν Thuc. 4,97 πάλιν ἐπαναχωρεῖν

-
9. „Si quid διασείεται concutitur i. e. totum quam amplum est percuditur, i. e. graviter vehementerque quassatur.“ Winer.
 10. cfr. Hermannum ad Luciani de conscrib. hist. p. 96. „πρόδηλος significatu aducto dictum est ut Hermot. 36. 59. 70. Alex. 20 etc. Simili modo κατάδηλος Plato Lys. p. 220 d. Alc. II 142 C. Apol. Socr. 23 d. Criton. 46 d. Xen. Mem. Socr. I, 4, 14. Num atá quoque in compositis vim gerit augendi cfr. Abresch. ad Cattieri gaz. p. 87 et luculentum locum Aristot. de anim. II 10, 8 τὸ μήτε κατάξησαν οὖσαν τὴν γλῶσσαν αἰσθάνεσθαι μήτε λίαν ὑγράν.“ cfr. Harrison p. 309. qui hujus generis composita cum κατά haec affert: *καταθέλγειν*, *κατακάιειν*, *κατάλιθος*, *κατανίγειν*, *καταζάνειν*, *καταπειροῦν*, *καταπότειν*, *κατέδειν*, *καταβρέχειν*, *καταγύναι*, *κατανέμειν*, *καταλείπειν*. This signification of κατά, inquit, is no more than an intensive use of the idea of down, just as we use „out“, multiplying its force by repeating it, out and out; or, again, as we employ the same particle in the derivative form utterly. Similiter in compositis Latinis praepositio de notionem verbi intendit, cuius usus, quem jam Gellius noct. Att. 7, 16 indicat, exempla, quae apud Horatium inveniuntur, collegit Dillenburgerus ad Horatii carm. II 1, 35. Cfr. praeterea Ruhnken ad Terent. Eun. II 3, 39 et ad Heaut. VI 1, 79 Bremi ad Cornel. Nep. Milt. 2, 2. Bach ad Ovid. Met. 11, 331. Kritz ad Sall. Catil. 25, 3 Grysar Θεορίες δεσμού στιλίσ p. 423, alias.
 11. cfr. etiam Sturz lex. Xen. I p. 324.

Thuc. I, 63 προπέμπειν πρότερον Thuc. I, 29 προδραμών ἐμπροσθεν Xen. Cyr. II, 2, 7. VII 1, 36. Κοινῇ συμφονεύεσθαι Xen. Cyr. V 3, 22. ἐκ τῆς ταρῆς ἐκφέρειν ἔξο Ήερ. III 16, 1 προένται εἰς τὸ πρόσθεν Xen. an. II 1, 21²) umquam demonstrari posse simplex et compositum idem significare. Nam exemplis prioris generis brachylogiae, quam vocant, ratio subest¹³⁾ in altero pleonasmus, qui omnibus linguis idem est, (retro recedere wieder zurückföhren) appareat. Neque vero omnia exempla, quae illuc referri solent, mero pleonasco interpretari licet, sed saepe simili ratione ac nostrum wieder zurückföhren. Nam verbo zurückföhren de loco cogitamus, unde quis abiit quoque revertitur, vocabulo wieder significamus, eum jam antea nobiscum fuisse, hoc igitur ad tempus, illud ad locum referendum est. — At ne longior sit praefatio ad ipsa verba, quae cum praepositione κατά composita apud Thucydidem inveniuntur, transeo.

Καθαιρεῖν proprie significat desumere herabnehmēn, cuius usus exempla apud Homerum exstant veluti Il. 24, 268 καὶ δ' ἀπὸ πασσαλόφι ζυγὸν ἡρεον maxime vero hoc composite utuntur scriptores, si violenter hoc sit, ut nostro herabreißen respondeat. Hujus significacionis exempla etiam apud Thucydidem inveniuntur ut II 14, 1 τῶν οἰκιῶν καθαιροῦντες τὴν ξύλων deripentes ligna; II 75, 3 πλίνθοντες ἐκ τῶν ἔγγὺς οἰκιῶν καθαιροῦντες; IV 90, 2 λίθοντες ἐκ τῶν οἰκοπέδων καθαιροῦντες. Saepius vero non locus, unde motus incipit, sed ubi desistit praepositione κατά significatur, tum vertendum est niederreißen, ut in sollemni dictione καθαιρεῖν τὸ τεῖχος I 56, 1. 57, 4. 101, 2. 117, 3. III 3, 3. 50, 1. V 33, 2. VIII 16, 3. 92, 9 et 10. τὸ τείχισμα VIII 93, 1. τὴν ὑποτείχισν VI 100, 3. Similiter etiam de urbibus dicitur, quarum moenia et domus hostes demoluntur καθαιρεῖν τὴν πόλιν I 58, 2. III 68, 2. VI 15, 2 vel nomen ipsum ponitur καθαιρεῖν τὴν Αίρυνθον IV 116, 2. τὸ Πάνακτον V 39, 2. 40, 1 et 2. 42, 2. Praeterea hoc pertinet I 90, 3 φειδουμένοντες μήτε ἴδιον μήτε δημοσίον οἰζοδομίματος — ἀλλὰ καθαιροῦντες πάντα. Eadem significatio huic verbo inest, si de hominibus aut de imperio dicitur vertique solet unterdrücken, überwältigen, stürzen, quum haec quoque notio sine dubio ad oculos referenda est facileque referri potest. De hominibus haec exempla apud Thucydidem inveniuntur I 16, 2 Κύρος καὶ ἡ Ηερσικὴ βασιλεία Κροῖσον καθελόνσα, quocum loco bene comparari possunt quae V 103, 1 leguntur ἐλπὶς τοὺς μὲν ἀπὸ περιονόσας χωμένοντος αὐτῷ, καὶ βλάψῃ, οὐ καθεῖλεν, quod scholiasta interpretatur οἱ κατέλνοντες πατελῶσ. — I 77, 4 ὅμεις γ' ἄν εἰ καθελόντες ἥμας ἀρξατε III 43, 6 et IV 85, 1 Αγηραίοντες καθαιρόντες VI 83, 2 τὸν βάθασον καθελόντες; VIII 2, 3. καθελόντες ἐκείνοντες (sc. τοὺς Σικελούς). — Restat denique una locutio, quae sexies in duobus, quae se excipiunt, ejusdem libri capitibus legitur I 139, 2 (bis) et 4. 140, 4 et 5 (bis) καθαιρεῖν τὸ ψήφισμα περὶ Μεγαρέων decretum de Megarensibus rescindere. Etiam hanc formulam ad sensus referri posse praeter locutionem στήλας καθαιρεῖν,¹⁴⁾ de qua cfr. Krueger ad Arrian. anab.

-
12. cfr. Jacob quaeſt. Lucian. I p. 9 seqq. Grosse ad Cebes cap. 19. Forbiger ad Virg. Georg. 1, 200., praeterea: retro reprimere Virg. Aen. II 378. saepe solere Virg. Aen. II 456 ubi cfr. Forbiger, subjecta Tempe despiciit Ovid. Met. VII 222.
 13. cfr. Herrmann ad Lucian. de conſcr. hist. p. 177.
 14. Droysen in historia Alexandri Magni p. 149 perperam locum Arriani II, 14 καθελεῖν τὰς πόδες Ἀλεξανδρὸν στήλην γενομένας στήλας ita interpretatus est: „Die Vernichtung der dem Makedonischen Könige errichteten Bildsäulen“.

II 1, 4 verba Plutarchi docent, quae de eadem re, ac Thucydidis sunt, in vita Periclis cap. 30 init. λέγονσι πρεσβείας Ἀθηνάζε περὶ τούτων ἐκ Λακεδαιμονος ἀφημένης, καὶ τοῦ Περικλέους ρόμον τιὰ προβαλομένον, κωλύοντα καθελεῖν τὸ πινάκιον, ἐν φέτῳ ψήφισμα γεγραμμένον ἐτύγχανεν κ. τ. λ. Hoc loco apte praeterea tractanda sunt vocabula ἐπικαθαιρέω, ξυγκαθαιρέω, καθαιρέσις, καθαιρέτης, καθαιρετέος.

Ἐπικαθαιρεῖν, quod verbum novissimi editores lexici a Passovio conditi omiserunt, semel apud Thucydidem invenitur VIII 20, 2 ἐπικαθελὼν τὸ ἐν τῇ Τέφ τεῖχος, εἴ τι ὑπελέγεται κ. τ. λ. Quid significet in hoc bicomposito ἐπί indicavit scholiasta verbis ἐκ δευτέρου interpretatus, quod probat Kruegerus, ad VIII, 16, 3 lectores delegans, ubi mūrum a peditatu dejectum esse scriptor narraverat. Neque vero haec interpretatio mihi placet, quum quid ἐπί sit Thucydides ipse indicasse videatur verbis quae sequuntur εἴ τι ὑπελείγεται, qua de causa ἐπικαθαιρεῖν interpretor dāzu zerschrieben sc. ad id quod jam dirutum erat i. e. völlendē zerstören.

Ξυγκαθαιρεῖν sexies apud Thucydidem legitur semperque posterior pars, καθαιρεῖν dico, significationem suam servat, praepositio σύν vero simul vertenda est. Sic dicitur I 90, 2 ξυγκαθαιρεῖν τοὺς περιβόλους, VIII 16, 3 τὸ τεῖχος, I 132, 3 τὸν βάρβαρον, VIII 46, 2 τοὺς κρατοῦντας, VI 6, 3 τὴν δύναμιν.

Eodem modo ac καθαιρεῖν manifestum est interpretanda esse vocabula καθαιρέσις quod bis invenitur V 42, 2 et 3 ἡ καθαιρέσις τοῦ Ηπακίου, — καθαιρετέος quod totidem legitur I 118, 3 καθαιρετέα ἡ ἴσχυς ἐδόκει εἶναι et I 121, 3 ὁ ἐκεῖνοι ἐπιστήμη προνόμοι καθαιρετέον ἥμιν ἔστι μελέτη, — καθαιρέτης rarum substantivum, quo semel Thucydides usus est IV 83, 3 καθαιρέτης τῶν πολεμών.

Καταβαίνειν Hujus compositi simplex semel tantum apud Thucydidem legitur V 70; ipsum semper significat ex superiore loco ad inferiorem descendere, ut ex verbis quae apponam clare apparebit I 93, 5 et VI 30, 2 καταβάντες ἐς αὐτὸν (sc. τὸν Πειραιᾶ), II 20, 1 et V 58, 3. ἐς τὸ πεδίον, III 23, 3 ἀπὸ τῶν πύρων, VI 101, 1 ἐς τὸν λιμένα, VI 101, 2 ἐς τὸ δμαλόν, item 7, 44, 8. — VII 78, 3 ἐς χωρίον ἀπεδον, III 106, 2 λαβόμενοι τὸν Θυάμον ὄφους κατέβησαν ἐς τὴν Ἀργείαν, IV 25, 6 ὑπὲρ τῶν ἄκρων κατέβαινον ἐπὶ τοὺς Μεσσηνίους, IV 44, 1 ὑπεχωρήσαν πρὸς τὴν λόγον καὶ οὐκέτι κατέβαινον. Eandem significationem facile cognoscet, qui ad situm locorum accurate respexerit his locis V 58, 4 τὴν ἐπὶ Νεμέας ὅδὸν καταβάντειν, I 105, 3 τὰ ἄκρα τῆς Τερανίας κατέλαβον καὶ ἐς τὴν Μεγαρίδα κατέβησαν, II 98, 3 ἐς τῆς Ροδόπης, καταβάντες, III 95, 1 ἔχων τὸν Παρασσόν, ἔως καταβάντης ἐς Φωκέας, IV 15, 1 καταβάντες ἐς τὸ στρατόπεδον (ἐκ Σπάρτης ἐς Πύλον) V 8, 1 Βρασίδας καταβὰς καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ Κερδυλίου ἐσέρχεται ἐς τὴν Ἀμφίπολην, V 58, 3. κατέβη ἐς τὸ Αργείων πεδίον, VIII 71, 2 κατέβη πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων VIII 45, 5 ἦν δέ ποτε τροφὴ καταβῆ παρὰ βασιλέως. Non temere supra dixi accurate ad situm locorum respiciendum esse, verba enim ascendendi et descendendi Graeci ita utebantur, ut locorum situm naturamque ante oculos sibi proponentes omne fere iter vel ascensum vel descensum vocarent, quod fere omnes gentes faciunt, quae aut in montanis aut ad mare vergentibus regionibus habitant, quum diligentiores sint in distinguendo supero et infero, quae notiones quasi cum iis natae sunt, contra qui per campos colunt, quid sit proficiscentem descendere in aliquam regionem vix assequuntur. — Praeter extremum locum quem attuli, ubi subjectum quod vocant τροφὴ est, semper de hominibus qui aliquo descendunt Thucydides hoc verbo usus est. — Duobus denique locis de peste dicitur II 48, 1 ἥρξατο ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἴγυπτου, ἐπειτα δὲ καὶ ἐξ Αἴγυπτου καὶ

Λιθῆντι κατέβη, ubi sine dubio ad cursum Nili respiciendum est, et II 49, 2 *κατέβαινεν ἐς* τὰ στήθη (sc. ἐκ τῆς κεφαλῆς).

Idem significare praepositionem *κατά* in substantivo *κατάβασις*, quod semel VII 44, 8 legitur, et in bicomposito *ἐπικαταβάνειν*; IV 11, 2; VI 97, 4; VII 23, 1, 35, 2. 84, 3. *συγκαταβάνειν* VI 30, 2 *ὑποκαταβάνειν* VII 60, 3 vix opus est monere. —

Καθάπτωμαι bis tantum apud Thucydidem legitur VI 16, 1. *ἐπειδὴ μον* *Νικίας* *καθήψατο*, quoniam me Nicias perstrinxit, et sine casu adjecto VI 82, 1. Quum frequens hujus verbi apud alios scriptores significatio sit attingere, prehendere, ubi praepositio notionem suam servat (auf etwas herablassen), non tam difficilis fuit transgressus ad notionem vituperandi, increpandi aliquem, invehendi in aliquem, quae saepe huic verbo inest. Aliquoties enim jam Homerus dixit *καθάπτεσθαι τὰ ἐπέεσσι* quod proprie valet verbis aliquem attingere, quare et in bonam (*μαλακοῖσι* Il. 1, 582, *μελιχοῖσι* Od. 24, 393) et in malam partem (*ἄτριστοις* Od. 20, 323; 18, 415) dici potuit. Postiores deinde scriptores alterata tantum, illo apposito *ἐπέεσσι* omisso, significationem retinuerunt et accusativum, qui semper apud Homerum additus est, in genetivum, quocum verba attingendi conjungi solent, commutaverunt. Ceterum jam Hesychius *καθάπτεσθαι* interpretatur *λιποδεῖσθαι*, θνειδίζειν cfr. Heindorf ad Plat. Phaed. p. 132 et Stallbaum ad Plat. Phileb., p. 21.

Καθέξεσθαι, cuius verbi indicativus praesentis apud Thucydidem non exstat, decies septies legitur. Etsi non necessarium hoc compositum videtur, quum simplici *ἔξοιται* eadem significatio insit, tamen minime mirum praepositionem *κατά* praepositam esse. Ut enim nos sīc īēzen et sīc niederſēzen, sīc niederlaſſen dicimus, sic etiam Graeci notionem, quae verbo simplici inest, praepositione *κατά* accuratius indicare voluerunt. Sed longius etiam processerūt, quum simplex poetis relinquentes in pedestri sermone semper verbo composito uterentur. Apud Thucydidem aut de supplicibus dicitur aut de exercitu. De supplicibus quinque exstant loci I 24, 4 *ταῦτα ἵεται καθέξομενοι ἐς τὸ Ἡραῖον ἐδέοντο*, II 26, 7 *καθέξομένοις ἐπὶ τῶν σεμιών θεῶν*, I 136, 2 et 4 *καθέξεσθαι ἐπὶ τὴν ἑσίαν*, III 70, 3 *ὅφλοντων αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ ἴερά ἵετον καθέξομενοι*, quo loco antea legebatur *καθίξεσθαι*, quod apud Thucydidem non invenitur. De exercitu undecies legitur II 18, 1. ὡς ἐκαθέξοντο (οἱ Πελοποννήσιοι) προσβολὰς παρεσκενάζοντο τῷ τείχει. II 19, 2 (bis) *καθεξόμενοι ἔτεμον Ελευσίνα*. — *καθεξόμενοι στρατόπεδον ἐπούσαντο*. II 47, 2 *καθεξόμενοι ἐδέουν τὴν χῆν*. IV 67, 1 ἐν δούγμασι ἐκαθέξοντο. VI 98, 2 *καθεξόμενοι ἐτείχισαν τὸν κύκλον*. VI 49, 2 ἦν πρὸς τῇ πόλει κρατοῦσα (ἡ στρατά) *καθέηται*. VII 51, 1 οὐ βούλόμενοι αὐτοὺς ἀλλοσέ ποι τῆς Σικελίας *καθεξόμενονς* χαλεπωτέρους εἶναι προσπολεμεῖν. VII 73, 1 *τομίσας δεινὸν εἶναι εἰ τοσαύτη στρατιὰ καθεξόμενη ποι τῆς Σικελίας βούλησται αὐθὶς σφίσι τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι*. VII 77, 5 *λογίζεσθε διὰ αὐτοί τε πόλις εὐθῆς ἐστε ὅποι ἀν καθέηται*. VIII 90, 5 ὡστε *καθεξόμενων ἐς αὐτὸν (τὸ τεῖχος)* ἀνθρώπων δλίγων ἄρχειν τοῦ γε ἐσπλον. Restat denique unus locus VII 67, 2 ubi verbum neque ad supplices neque ad res bellicas spectat, sed simplicem sedendi significationem habet οἱ (*Ἄσσονάνες*) οὐδὲ ὅπως *καθεξόμενοι* κοὶ τὸ βέλος ἀγεῖναι ενρήσονται qui ne intelligent quidem, quomodo sibi sedentibus (sc. in transtris) jacula mittenda sint, quae verba Kruegerus, Bauerum secutus, sic interpretatur: in einer sitzenden, ruhigen Stellung, bei der es ihnen an freiem Spielraum gebracht, den sie auf dem Lande zu haben gewohnt sind. —

Eandem quam *καθέηται* significationem habet *Καθῆσθαι*, cuius simplex apud Thucydidem non legitur. Hoc verbum simpliciter significat sedere ut VI 13, 1 δρῶν τὸν ἐρθάδε τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ παρακελευστοὺς *καθημένους*. Ponendum igitur est ut *καθέ-*

ξεσθαι in secundo ordine compositorum. Cum sedentibus enim vulgo stantes conjunctos nobis cogitamus, quibus humiliores sunt idque praepositione *κατά* clare quasi ad oculos refertur. Tum de militibus qui in itinere subsistunt considuntque dicitur, ut II 101, 2 *καθημένον* αὐτοῦ περὶ τὸν χώρον τούτον οἱ Θεσσαλοί ἐφοβήθησαν μὴ καὶ ἐπὶ σφᾶς ὁ στρατὸς χωρίσῃ, V 6, 4 *Βρασίδας* ἐπὶ Κερδυλίῳ ἐκάθητο, IV 44, 3 οἱ Κορίνθιοι ἐν τῇ Κεγχρεῷ ἐκάθητο φύλακες, V 58, 4 ἡ οἱ Ἀργεῖοι ἐκάθητο, III 97, 2 ὑπέφευγον οἱ ἀνθρώποι καὶ ἐκάθητο ἐπὶ τὸν λόφον τὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως, II 20, 2 πεῖραν ἐποιεῖτο (ὁ Ἀρχίδαμος) περὶ τὰς Ἀχαρνὰς καθήμενος εἰ ἐπεξίστω. Praeterea vero alia quaedam notio, quae etiam in primo et ultimo exemplorum, quae attuli, cognosci potest, accedit. Nam is qui sedet saepe nihil agit seduloque opponitur, unde factum est, ut verbum *καθῆσθαι* sicuti Latinorum sedere¹⁵⁾ idem sit ac nostrum mū̄big dāsī̄gen, unthātīg sein.¹⁶⁾ Haec significatio, quam etiam substantivum *καθέδρα*, quod semel tantum II 18, 3 legitur, habet, his locis appetat. III 38, 5 σοφιστῶν θεαταῖς ἔουκότες καθημένοις μᾶλλον ἡ περὶ πόλεως βούλευμένοις, III 46, 2 ἡμῖν τε πῶς οὐ βλάψῃ δαπανᾶν καθημένοις διὰ τὸ ἀξύμβατον, IV 124, 4 ὁ Περδίκκας ἐβούλευτο προσέναι ἐπὶ τὰς κόμιας καὶ μὴ καθῆσθαι, ubi scholiasta interpretatur ἀγός εἶναι, V 7, 1 οὐ βούλομένος αὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένονς βαρύνεσθαι. Semel denique V 85, 1 καθήμενοι vocantur, qui aliis locis σύνεδροι nominari solent, de qua significazione judiciali Kruigerus ad Xenophontis amabasiū V 10, 5 haec annotavit: *καθῆσθαι* ist das eigentliche Wort von Ekklesiēn, weil man dabei gewöhnlich sitzt. Westermannus ad Dem. XX 165 τὸν καθημένον, der Richter, wie XXI 18. Dagegen sind in Reden der berathenden Gattung ἴμετις οἱ καθήμενοι die Zuhörer, das Volk wie VI 3.

Eadem ratio quae verbis *καθέξεσθαι* et *καθῆσθαι* etiam verbo *καθίζειν* subest, cuius simplici fere numquam scriptores Attici utuntur, quod maxime in Thucydidem cadit, apud quem ne semel quidem invenitur. Notionem transitivam quinque locis habet, quibus omnibus accusativus objecti vocabulum exercitus est, ut *καθίσας τὸν στρατόν* II 71, 1. IV 90, 1. V 7, 3. *τὸν στράτευμα* VI 60, 1. *τὴν στρατιὰν* VII 82, 3. Intransitive, ut grammaticorum vocabulo utar, sex locis dicitur, quorum quattuor ad supplices pertinent I 126, 6 *καθίσοντι* ἐπὶ τὸν βωμὸν ἵκεται, item III 28, 2. 75, 2 et 4, ubi hoc verbum idem significat ac *καθέξεσθαι*, quod de supplicibus dici jam vidimus. Reliqui duo loci sunt III 107, 4 γερόμενοι δὲ ἀθρόοι *καθίσοντι* ἐπὶ τὴν Μητρόπολιν et IV 93, 1 ἐπεὶ προσέμιξαν ἕγγὺς τοῦ στρατεύματος αὐτῶν (τὸν Ἀθηναῖον) ἐς χωρίον *καθίσας*. θετεν κ. τ. λ., ubi male scholiasta supplet τὸ στράτευμα.

His tribus verbis *καθέξεσθαι*, *καθῆσθαι*, *καθίζειν* absolutis apte tractanda sunt bicomposita ἀντικαθέξεσθαι, ἀντικαθῆσθαι, ἐγκαθίζεσθαι, ἐπικαθῆσθαι, παρακαθῆσθαι, προκαθῆσθαι, προσκαθέξεσθαι, ξυγκαθῆσθαι. De his omnibus in universum id dicendum est, quod priore tantum praepositione, quae summam notionis complectitur, vis verbis immutatur:

15. cfr. Dillenburger ad Horat. epist. I 17, 37. —

16. Eadem significazione Graeci utebantur *κεῖσθαι*. Hesychius haec habet: ἀνὶ *κακοῦ πίθειαι* τοῦτο (*κεῖσθαι*) ἡ θανάτον (ut Latinorum jacere cfr. Bremi ad Nep. Thras. 2, 6) ἡ ἀπαγάγια, cfr. praeterea Plut. Ar. 19 *καθέξεσθαι* ἀτρέμα et Eurip. Iphig. T. 277

ναντίλοντος δ' ἐφθαμένοντος

θάσσειν γάραγγ' ἐφασκε τοῦ νόμου γόβῳ.

Αντικαθέζεσθαι bis inveni apud Thucydidem, utroquo loco de hostibus dictum, qui contra hostes considunt vel castra castris conferunt. I 30, 4 ἐπέλεον οὐδέτεροι ἀλλῆλοις, ἀλλὰ τὸ θέρος τοῦτο ἀντικαθέζόμενοι χειμῶνος ἥδη ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκουν ἔκάτεροι et IV 124, 2 ἐξβαλόντες ἐς τὴν Ἀρριβαίον καὶ ενδόντες ἀντεστρατοπεδευμένονς αὐτοῖς τοὺς Αυγκηστὰς ἀντεκάθεζοντο καὶ αὐτοί. Idem significat ἀντικαθήσθαι quod semel tantum exstat V 6, 3. Brasidas πυνθανόμενος ταῦτα ἀντεκάθητο καὶ αὐτὸς ἐπὶ Κερδυλίῳ, ubi καὶ αὐτὸς ad considendi tantum notionem, ad καθῆσθαι non ad ἀντικαθῆσθαι referendum est „et ipse Brasidas sedem cepit, ut Cleon, nempe ad Cerdyleum“ (Bauer.) —

Ἐγκαθέζεσθαι duobus locis reperitur et nostro Posto fassen, sīch an einem Orte feststehen, respondet. III 1, 1 Πελοποννήσοι ἐστράτευσαν ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ ἐγκαθέζόμενοι ἐδήνουν τὴν γῆν. Eadem fere verba leguntur IV 2, 1.

Ἐπικαθῆσθαι semel legitur VII 27, 3 πρότερον μὲν γὰρ βραχεῖαι γυνόμεναι αἱ ἐξβολαὶ τὸν ἄλλον χρόνον τῆς γῆς ἀπολαύειν οὐκ ἐκόινον τότε δὲ ξυνεχῶς ἐπικαθημένων (τῶν πολεμίων) — μεγάλα οἱ Ἀθηναῖοι ἐβλάπιστο, ubi fere idem significat quod praecedens verbum, ita tamen differt, ut non tam de tota terra, de urbibus vicisque cogitandum sit, quam de agris, qui quominus colerentur hostes impediverunt.

Παρακαθῆσθαι VI 13, 1 invenitur, ubi παρά primam suam significationem tenet, καθῆσθαι vero ut V 58, 1 de hominibus in concione sedentibus dictum est.

Προκαθῆσθαι, quod VIII 76, 4 legitur, de militibus dictum est, qui aliquo loco considunt, πρό vero idem valet quod in προβάλλεσθαι, προέχειν, προμάχεσθαι, ubi, quamquam localis significatio facile cognoscitur, tamen maxime praesidium indicatur.

Προσκαθέζεσθαι et *προσκαθῆσθαι*, quorum illud I 11, 3; 26, 3; 61, 2; 126, 4; 134, 2; V 61, 3; hoc IV 130, 2; VI 89 extr. VII 47 extr.; 48, 2; 48, 6; 49, 2; VIII 11, 2 legitur, semper idem valent ac Latinum obsidere.

Συγκαθῆσθαι, quod bis apud Thucydidem legitur V 55, 1 περὶ εἰρήνης συγκαθῆσθαι et VIII 92, 6 ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, utroque loco significat considere sc. ad consilium. Latinum quoque verbum non raro hanc significationem habere notum est.

Nullo composito verbi καθίζειν Thucydides usus est, nam ἐπικαθίσαντο quod IV 130, 5 legebatur, novissimi editores in ἐπικαθέσαντο mutaverunt. His verbis sedendi optime addi potest verbum καθιδρύειν quod IV 46, 1 legitur ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς ἐν τῷ ὕδαι καθιδρυμένους, quod interpres, ad III 85, 2 respicientes, recte vertunt die sīch auf dem Berge festgesetzt hatten. Haec praepositionis κατά significatio, quae etiam in verbis καθιστάναι, καταπηγίναι, καθέζεσθαι aliis appetet, facile ex prima notione deduci posse, quum verbum καθιστάναι tractabo, ostendam.

Καθέλκειν semper apud Thucydidem cum vocabulo τὰς ναῦς vel τὸ ναυτικόν conjunctum est et significat naves deducere vom Stapel lassen, ubi vis praepositionis κατά clare appetet.¹⁷⁾ Loci quibus invenitur hi sunt: II 93, 2 et 3 καθελκύσαντες ἐξ Νισαίας τοὺς νεωρίους τεσσαράκοντα ναῦς. II 94, 2 οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὸν Πειραιᾶ ναῦς καθεῖλον. II 94, 3 αἱ νῆες αὐτοὺς διὰ χρόνον καθελκυσθεῖσαι καὶ οὐδὲν στέγονται ἐφόβουν. VI 34, 4 καθελκύσαντες

17. Eadem significationem apud Herodotum habet κατασπᾶν. I 164, 2. VII 193. — Male Heynius ad Virg. Aen. I 552 subducere classem interpretatur καθέλκειν, κατάγειν; subducere enim est ἀνέλκειν, deducere καθέλκειν.

ἀπαν τὸ ὑπάρχον ναυτικόν. VI 50, 3 δέκα τῶν νεῶν προῦπεμψαν ἐς τὸν μέγαν λιμένα πλεῦσαι τε καὶ κατασκέψασθαι εἴ τι ναυτικόν εστι καθειλκυσμένον. VIII 94, 3 οἱ μὲν ἐς τὰς παρούσας ναῦς ἐσέβαινον, οἱ δὲ ἄλλας καθεῖλκον.

Καθήκειν devenire proprie de iis dicitur, qui in certamen descendunt. Apud Thucydidem vero, qui quater hoc verbo utitur, significat siccus erstrecken, sed semper a superiori regione usque ad mare, ut exempla ostendunt. II 27, 2 γῆ ἐπὶ θάλασσαν καθίκοντα, item II 97, 1; — II 99, 3 στενὴ καθήκοντα ἀνωθεν μέχρι θαλάσσης, III 96, 2 οἱ πρὸς τὸν Μηλιακὸν κόλπον καθήκοντες sc. οἱ ἔσχατοι Οὐγιονέων i. e. terra eorum.

Καθιέναι demittere, ut IV 48, 2 οἰστοὺς ἐς τὰς σφαγὰς sagittas in jugula, II 91, 3 τὰς κώπας remos in aquam, IV 100, 2 ἀκροցίσιον σιδηροῦν ἐς τὸν λέβητα νεῦον καθεῖτο. Tum de muris dicitur, non significans, ut interpretari solent, muros erigere, sed potius hincabziescen, demittere, quo verbo eadem de re Virgilii usus est Aen. 3, 535 „geminie demittunt brachia muro Turrati scopuli“. Ita bis Thucydides dixit V 52, 2 τείχη καθεῖναι ἐς θάλασσαν et IV 103, 4 οὐ καθεῖτο τείχη. Similiter verba Platonis interpretanda sunt, quae in Critia 118 A. leguntur ὅφεσι πρὸς τὴν θάλατταν καθεμένοις i. e. montes qui in mare procurrentes sensim decrescunt. Praeterea semel hoc verbum exstat apud Thucydidem VI 16, 2 ἄρματα ἐπὶ τὰ καθῆκα in certamen demisi. Quum enim stadium aliquanto humilius esset vicina regione, ut iis qui spectarent ex seibus editis meliorem prospectum praeberet, Graecis composita cum praepositione κατά ad significationem eundi in certamen usitata erant.¹⁸⁾ Ceterum miror dictionem καθιέναι τὰ δόρατα, fere nostrae das Bajonett fäßen respondentem, apud Thucydidem non inveniri.

Καθορᾶν proprie significat ex altiore loco in inferiorem despicere ut apud Homerum Jl. XI 337 μάχην ἐτάννουσε Κερούων ἐξ Ἰδης καθορῶν, vel desuper aliquid aspicere ut apud Euripidem in Bacchis 1073

οὐρανὸν δ' ἐς οὐρανὸν αἰθέρ' ἐστηρίζετο, (sc. η ἐλάτη)

ἔχοντα τάρτοις δεσπότην ἐφίμενον. (Πενθέα)

οὐρανὸν δὲ μᾶλλον ἡ κατεῖδε Μαινάδας.

et apud Xenophonem Cyr. III 2, 10 ἐπεὶ δὲ τὰ ἄρκα εἶχον καθεώσαν τὸν Χαλδαίον τὰς οἰκίσεις. Eadem vis praepositionis κατά etiam apud Thucydidem cognosci potest. Ex duodecim enim locis, quibus apud hunc scriptorem invenitur, octo sunt, quibus de navigantibus dicitur; ei autem, qui in alto mari est proculque naves conspicit, haec quasi ex inferiore loco appropinquare videntur. Octo illi loci hi sunt: I 48, 1 ἄμα ἐω πλέοντες καθορῶσι τὰς τὸν Κερκυραίον ναῦς μετεώρους τε καὶ ἐπὶ σφᾶς πλεούσας: ὡς δὲ κατεῖδον ἀλλήλους ἀντιπαρείσσοντο. I 50, 5. οἱ Κορίνθιοι πρόμναν ἐγδούντο κατιδόντες εἴκοσι ναῦς Αθηναίων προσπλεόντας. VIII 19, 1 ἐπλευσαν ἐς Λίστας ἵερον καὶ καθορῶσιν ἔκκαθεκα ναῦς. VIII 102, 2 τὰς ναῦς ἄμα τῇ ἐφ κατιδόντες τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμενοι z. t. λ. VIII 107, 1 κατιδόντες τὰς ναῦς ὁμοίσας ἐπέπλευσαν. VIII 60, 3 γενόμενοι περὶ Τριόπιον καθορῶσι τὰς ναῦς. II 83, 3 ἐπειδὴ μέντοι ἀντιπαραπλέοντάς τε ἐώδοντο αὐτὸν παρὰ γῆν σφῶν κομιζούμενον, καὶ ἐκ Πατούσων τῆς Αργαίας πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἥπειρον διαβαλλόντων ἐπ' Ακαρναίας κατεῖδον τοὺς Αθηναίους προσπλέοντας z. t. λ. Recte priore hujus postremi exempli loco Thucydides simplex scripsit, Corinthii

18. cfr. καταβαίνειν in certamen descendere Thuc. VI 16, 1 Xen. an. IV 8, 27. Isocr. ep. IV 11. Soph. Trach. 504.

enim prope terram erant neque Athenienses longe ab iis distabant, posteriore vero loco apte compositum posuit, quum jam in Acarniam navibus transveharentur hostesque ex alto contra se navigantes consiperent. — Ex reliquis locis primum eum proferam, ubi itidem in eodem enuntia¹⁹ ὁρᾶν et καθορᾶν legitur III 23, 4 οἱ μὲν Πλαταιῆς ἔκεινος ἐόδων μᾶλλον ἐκ τοῦ σκότου ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς τάφρου — αὐτοὶ δὲ ἐν τῷ ἀγανεῖ ὄντες ἡσσον διὰ τὰς λαμπάδας καθεωρῶντο. Optime de Plataeensibus scriptor dixit καθεωρῶντο, nam ipsi in margine fossae sternerunt, hostes vero ex muris et munitionibus in eos invaserunt. — Ex hac significatione non difficilis fuit transitus ad aliam, quae nostro überblicken, überschauen respondet²⁰); is enim, qui ex altiore loco aliquid (ex. gr. exercitum) conspicit, melius id oculis perlustrare potest, quam qui in planicie est. Haec significatio, non ita rara apud scriptores Atticos, ter apud Thucydidem apparat III 20, 3. ἔρδιος καθορωμένον ἐς δὲ βούλοντο τοῦ τείχους. III 112, 3. τὸν Μεσσηνίους πρώτους ἐπίτηδες δὲ Αἰγασθένης προνταζε καὶ προσαγορεύειν ἐκέλευε, Αωρίδα τε γλώσσαν ιέντας καὶ τοῖς προσφύλαξι πίστιν παρεχομένονς, ἅμα δὲ καὶ οὐ καθορωμένονς τῇ ὕψῃ νυκτὸς ἐπι οὔσης. IV 30, 2. οὗτοι (τῆς ὥλης κατακανθείσης) τὸν Λακεδαιμονίους μᾶλλον κατιδὼν πλείους ὄντας κ. τ. λ. Eadem praepositionis vis in substantiis κατασκοπή et κατάσκοπος apparel, quorum illud VI 34, 6. 41, 2. 46, 2, hoc VI 45, 1. 63, 3. VIII 41, 1. IV 27, 3. (bis) legitur.

Καθοριζειν. Clare quidem in hoc composito vis praepositionis κατά apparel, quum nāvem ex alto mari in portum introducere significet, attamen non nemo dixerit idem significare ac simplex. Hoc non concedo, nam in verbo simplici nunquam notio illa inest, quam in composito praepositio indicat, etsi utrumque verbum eodem modo verti solet.²⁰) De usu hujus compositi id notandum est, quod Thucydides solo aoristo primo medii utitur, qui etiam in bicomposito ἐγκαθοριζειν, quod semel tantum IV 1, 2 legitur, apparel. Loci quibus hoc compositum repperi, hi sunt: III 32, 1 καθορισμένον αὐτοῦ ἐς τὴν Ἐρέσον. IV 13, 2. ἀπορήσατες ὅπῃ καθορισώνται. IV 45, 1. καθορισάμενοι τὴν γῆν ἐδήσαν. VI 97, 1. ἐς τὴν Θάψον καθορισάμενοι VIII 33, 2. ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα λόφου διείγοντος καθωρίσαντο καὶ ἐλελήθεσαν ἀλλήλους. VIII 34, 2. ἐς τὴν Λέσβον καθορισάμενοι παρεσκενάζοντο ἐς τὸν τειχισμόν. VIII 42, 4. ἐς τὴν Κνίδον καθωρίσαντο.

Καταβάλλειν proprio significat dejicere, veluti III 22, 3. κατέβαλέ τις τῶν Πλατῶν κεραμίδα. Eadem significatio praeterea, opinor, apparel VI 102, 2. τὰς μηχανὰς καὶ ξύλα, ὅσα πρὸ τοῦ τείχους ἦν καταβεβλημένα, ἐμπλῆσαι τὸν ὑπηρέτας ἐκέλευσεν (*Nixias*), ubi καταβάλλειν vernacule vertere solemus aufwerfen. Graeci vero non tam ut nos multitudinem lignorum respiciebant, quam quod ligna dejecta vel deposita ibi erant. Reliquis locis καταβάλλειν vim verbi καθαιρεῖν assumit et de urbibus vel muris demoliendis dicitur, veluti I 58, 2. τὰς πόλεις. III 89, 3 τὸ πρωταγεῖον καὶ ἄλλας οἰκίας. V 11, 2 τὰ οἰκοδομήματα. V 83, 2.

19. cfr. Xenophontis locum, quem supra attuli.

20. Recte Winerus fasc. I p. 19 ita disputat: „Hoc saepe factum videmus, ut ad eandem rem denotandam alter angustiore vocabulo uteretur, alter latius patente, ille dilucidius poneret et vero expressius, hic communius aut quod parum definitum esset, interdum ornatus ille, hic paulo tenuius. Multa enim, quae est sermonis Graeci libertas, pluribus modis recte dici possunt. Atqui verborum compositorum eam naturam esse patet, ut simplicibus sint vel definitiora angustioraque vel interdum ornatoria.“

τὰ τείχη. VII 24, 1 *τὸ τεῖχος.* VIII 71, 3 *ἄνδρας.* Uno denique loco vis verbi *βάλλειν* ita diminuta est, ut *καταβάλλειν* idem valeat atque *ἐκπίνειν* vel *καταπέθειν*, quo verbo de eadem re Thucydides in eodem capite utitur I 27, 2 ἵσται οἱ τάγματοι καταβάλλοντες (niederlegen, entrüchten), cuius usus ad hunc locum Kruegerus ex Plutarcho exemplum affert, quod in Themistocle c. 24 legitur, *ἔκποσι τάλαντα κύριας τοὺς Κορινθίους καταβάλειν*, Gottleberus ex Demosthene contra Timocratem p. 712. Similem hujus verbi usum observavit Reiskius in indice ad Demosthenem, ubi ostendit *καταβάλλειν* proprie dici de iis, quae deponuntur in tabulario publico, veluti leges aliaque monumenta literis consignata.

Κατάγειν proprie significat ex altiore loco in inferiore ducere ut apud Homerum Od. 24, 100 *ἀγχίμολον δέ σφ' ἥλθε διάκτοος Ἀργεισόντης,
ψυχὰς μηντήρων κατάγων, Ὄδυσσῃ δαμέντων.*

Pindar Ol. 9, 34

*Ἄΐδας ἀπινήτας ἔχε φάβδον,
βρότεα σώμαφῆ κατάγει κοίλαν πρὸς ἀγνιὰν
θρασκόντων.*

Plat. Crit. 118 d. *τὴν ἐκ τῶν ὁρῶν ὑλὴν κατῆγον εἰς τὸ ἄστον.* Eurip. Bacch. 1062

*λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον,
κατῆγεν, ἤγεν, ἤγεν εἰς μέλαν πέδον.*

tum saepe de rebus, quae ad littus vel ex interiore terra vel ab alto mari deducuntur, ubi nobis quidem praepositio *κατά* non necessaria videtur, Graecis vero, quos multo accuriores in ejusmodi locutionibus fuisse jam dixi, minime abundabat. Utriusque usus multa apud omnes et scriptores et poetas exempla exstant, quae asserre supervacaneum est, quum omnia lexica maximam copiam praebeant. Neutra vero significatio apud Thucydidem invenitur, sed uno loco excepto *κατάγειν* semper de exsilibus, qui in patriam redeunt, dictum est, ut I 26, 2. οἱ τῶν Ἐπιδαμνίων φυγάδες ἐδέοντο σφᾶς κατάγειν. I 26, 3. στρατεύονται ἐπ' αὐτὸν οἱ Κερκυραῖοι τεσσαράκοντα ναῦσι μετὰ τῶν φυγάδων, ὡς κατάζοντες, καὶ τοὺς Ἰλλυρίους προσλαβόντες. I 111, 1. Ὁρέστης ἔπεισεν Ἀθηναίους ἕαντὸν κατάγειν. II 33, 1 et 2 Εἴναιος, βονλόμενος ἐς τὴν Ἀστακὸν κατελθεῖν, πείθει Κορινθίους ἕαντὸν κατάγειν — καὶ πλεύσαντες κατήγαγον. II 95, 2. Φίλιππον μὴ καταγάγοι ἐπὶ βασιλείᾳ. II 102, 1 Κύρητα ἐς Κόροντα καταγαγόντες ἀνεχώρησαν πάλιν ἐπὶ τὰς ναῦς. IV 74, 3. κοινολογησάμενοι τοῖς τῶν φενύοντων φίλοις κατάγουσι τοὺς ἐκ Πηγῶν. V 16, 6. προτρέψαι τὸν Λακεδαιμονίους φεύγοντα αὐτὸν καταγαγεῖν. V 32, 1. Αἰγαίους κατήγαγον πάλιν ἐς Αἴγον. VIII 53, 3. ἐπιθειαζόντων μὴ κατάγειν (τὸν Ἀλκιβιάδην). VIII 53, 4 Αλκιβιάδην κατάζουμεν. VIII 70, 1. τοὺς φεύγοντας οὐ κατῆγον. VIII 81, 1. ἐπειδὴ μετέστησε τὰ πράγματα, ὥστε κατάγειν τὸν Αλκιβιάδην. ibidem: κατῆγεν ἐς τὴν Σάμον τὸν Αλκιβιάδην.

Hic verbi usus quomodo ex prima significatione manaverit etsi certe indicare non possum, tamen nihil miri habet, fortasse inde deducendus, quod exsules navi in patriam redire soliti sunt illudque igitur temporis momentum spectabatur, ubi ex alto mari ad oram terrae patriae depellebantur. — Uno denique loco Thucydides per translationem hoc verbo usus est. IV 68, 5. ἐς ξίρδνον φαρερὸν τὴν πόλιν κατάγειν, quae locutio, Latinis quoque usitata veluti Caesari b. G. VII 50, 4 in periculum deducere,²¹⁾ facile explicari potest; sum-

21. cfr. similes dictiones: ad miseros preces decurrere Hor. Od. III 29, 59. preces descendere in omnes Virg. Aen. V 782. Sic ego majoris fugiens opprobria culpae

Frontis ad urbanae descendendi praemia. Hor. epist. I 9, 11.

mum enim culmen fortunae cum voragine reipublicae comparatur. — Eodem modo quo verbum *κατάγειν* substantiva inde ducta interpretanda sunt, ut *καταγωγή*, quod semel apud Thucydidem exstat VI 4, 2. nec deversorium nec stationem, ut voluerunt interpretes, sed litoris appulsum, quod nos vocamus das Einfäulen in den Hafen, das Landen significans²²⁾ et *καταγώγιον* III 68, 2. deversorium, in quo vocabulo, quam pulchre praepositio praeposita sit, neminem effugiet. Unum denique bicompositum legitur ἐπικατάγεσθαι, rarum, ut Bloomfieldius observavit, verbum, sed bis apud Thucydidem invenitur III 49, 3. et VIII 28, 1. Utroque loco de navibus qui ad littus appellunt dicitur, praepositio ἐπί vero temporalem significationem „post“ habet.

Καταδιώξειν. Hoc verbum, quo neque Homerus neque Sophocles usus est, apud Thucydidem quaterdecies legitur. Decem locis de navibus dicitur quae ex alto mari ad littus hostes persequuntur. I 49, 4. οἱ Κερχναῖοι εἴκοσι ναῦσιν αὐτοὺς τρεψάμενοι καὶ καταδιώζαντες σποράδας ἐς τὴν ἥπειρον. I 50, 3. κατεδίωξαν τοὺς Κερχναῖονσι οἱ Κορίνθιοι ἐς τὴν γῆν. II 84, 2. φεύγοντι ἐς Πάτρας οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καταδιώζαντες καὶ ναῦς δώδεκα λαβόντες κ. τ. λ. III 4, 2. οἱ Μυτιληναῖοι ἔκπλον μέν πινα ἐποιήσαντο τῶν νεῶν ὡς ἐπὶ ναυμαχίᾳ ὀλίγον ποδὸς τοῦ λιμένος, ἔπειτα καταδιωχθέντες ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν νεῶν κ. τ. λ. IV 101, 3. κατεδίωξαν ἐς τὰς ναῦς. VII 52 extr. ναῦς τῶν Ἀθηναίων κατεδίωκον καὶ ἐξεώθουν ἐς τὴν γῆν. VII 71, 4. οἱ ξύμαχοι ἐτρεψαν τοὺς Ἀθηναίους καὶ ἐπικείμενοι λαμπτῷς κατεδίωκον ἐς τὴν γῆν. VIII 10, 2. παραπλέονται αὐτοὺς καταδιώκοντιν ἐς Πειραιῶν τῆς Κορινθίας. VIII 17, 1. ὡς κατεδίωξαν ἐς Σάμον Στρομβυχίδην. VIII 95, 3. καταδιώκονται ἐς τὴν γῆν. Etiam reliquis quattuor locis vis præpositionis *κατά* cognosci potest, ut clare appareret IV 10, 1. κατεδίωξαν ἐς τὰς ναῦς et VII 30, 1. ἐπὶ τὴν θάλασσαν, paulo obscurior est VII 51, 2 et IV 25, 9. Sed his duobus quoque locis apte Thucydides non verbum simplex posuit sed compositum, VII 51, 2 enim καταδιώκοντιν de Corinthiis dicitur, qui Athenienses ex munitionibus egressos persequuntur, Atheniensium vero castra in loco palustri (cfr. 47, 2) prope oram maritimam posita erant; ad alterum locum scholiasta adnotavit quidem κατεδίωξαν, ἦγον διώξαντες ἐνέβαλον, sed non interpretatus est hac circumlocutione propriam præpositionis vim, quam hoc loco quoque servatam esse ex eo conjici potest, quod naves ad promontorium Pelorum prope Messanam appulerant, ad quas defugerunt.

Bicompositum *συγκαταδίώσειν*, quod semel VIII 28, 1. legitur, item de navibus dictum²³⁾ est, vim præpositionis *σύν* recte interpretatus est Kruegerus ad Dionysium p. 299 adn. 54.

Καταθέειν. Hoc verbum, cuius simplex nisi in dictione Θεῖν δρόμῳ III 111, 1. IV 67, 5. 112, 1. V 10, 6. VI 100, 2 apud Thucydidem non reperi, proprie valet ex altiore loco in inferiorem decurrere. Haec significatio clare appareret III 97, 3. καταθέοντες ἐπὸ τῶν λόγων. Praeterea semel tantum legitur VII 27, 3, ubi cum accusativo χώραν conjungitur idemque valet ac nostrum durchstreifen (durch Streifzüge verheeren), κατά igitur nostro längs respondet, quam significationem primam posui earum, quas haec præpositio cum accusativo conjuncta obtinet.²³⁾ Haec quomodo ex prima deducenda sit, noster quoque locus bene ostendit, quum Decelea, unde incursiones secundum Cephissum, quod flumen prope hanc

22. cfr. Poppo ad. h. I.

23. cfr. dissertationem meam de præpositionis *κατά* vi et usu p. 18.

urbem originem habet, sivebant, in altiore regione sita esset, quam ea oppida, quae ostio propinquiora erant. Eadem vis praepositionis *κατά* appareat praeterea in substantivo *καταδρομή*, quod quater legitur I 142, 2. V 56, 4. VII 27, 4. VIII 41, 2. recteque verti solet *Streifzüg*. Neque alia inest in verbo

Κατατρέχειν, quod tribus locis significat durih *Streifzüge* verheeren. VIII 92, 3 αἱ νῆσες δραμάσμεναι ἐσ τὴν Ἐπίδανον τὴν Αἴγιναν καταδραμήσεσαν. VIII 99, 3. αἱ νῆσες τῆς Χερσονήσου τι μέρος καταδραμον. II 94, 2 καταδραμόντες τῆς Σαλαμῖνος τὰ πολλά. Reliquo uno loco propriam suam significationem (decurrere) servat. IV 124, 3 καταδραμόντες ἐσ τὸ πεδίον (ἀπὸ τοῦ λόγου).

Καταφέρειν. Hujus verbi, quo neque Homerus neque Sophocles usus est, propria significatio „desferre“ semel tantum apud Thucydidem apparet. VI 66, 2 τὰ δένδρα κατενεγκόντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Reliquis octo locis de navibus dicitur, quae ex alto ad oram appelluntur, ut IV 26, 4. μάλιστα ἐπίρονν ἀνέμῳ καταφέρεσθαι. VII 53, 1. Γύλιππος, δῶρα τὰς ναῦς τῶν πολεμίων τυκμένας καὶ ἔξω τῶν σταυρωμάτων καὶ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου καταφερομένας, κ. τ. λ. VII 71, 5. τότε δὲ ὁ μὲν ναυτικὸς στρατὸς ἄλλος ἄλλη, ὅσοι μὴ μετέωροι ἔλλωσαν, κατενεκθέντες ἐξέπεσον ἐσ τὸ στρατόπεδον, praeassertim de iis, quae tempestate a cursu suo dejectae aliquo deseruntur, veluti I 137, 2 καταφέρεται χειμῶνι ἐσ τὸ Αἴθραίων στρατόπεδον, δὲ ἐπολιόρκει Νάξον. IV 3, 1. χειμὼν κατήγειται τὰς ναῦς ἐσ τὴν Πύλον. IV 120, 1. φασὶ πλέοντας κατενεκθῆναι ἐσ τὸ χωρίον τοῦτο. III 69, 1. αἱ πεσσαράκοντα νῆσες τῶν Πελοποννησίων . . . πρὸς τὴν Κρήτην κειμαζθεῖσαι καὶ ἀτὰ αὐτῆς σποράδες πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηγένθησαν. VI 2, 4. προσενυώκησαν αὐτοῖς καὶ Φωκέων τινὲς τῶν ἀπὸ Τροίας τότε χειμῶνι ἐσ Σικελίαν ἀπ’ αὐτῆς κατενεκθέντες.

Καταφεύγειν proprio significat ex loco superiore in inferiorem fugere, ut IV 46, 2 οἱ ἄνδρες ἐν τῷ ὅρει τῆς Ἰστάνης καθιδόμενοι καταπεφευγότες πρὸς μετέωρον τι κ. τ. λ. Sic saepe de navibus dicitur, quae ex alto ad terram fugiunt, veluti I 89, 1 ταῖς ναυσὶν καταφεύγοντες ἐσ Μυχάλην. III 71, 1. τοῦτος ἐσ τὰς Αἴθρας καταπεφευγότας πείσοντες μηδὲν ἀνεπιήδειον πράσσειν. IV 14, 1. ταῖς λοιπαῖς ναυσὶν ἐν τῇ γῇ καταπεφευγίας ἐνέβαλλον. VIII 10, 2. αἱ ἄλλαι νῆσες ἐσ τὴν Τήνων πόλιν καταφεύγοντιν. VIII 34, 1. αἱ τῶν Χίων νῆσες μόλις καταφεύγοντιν ἐσ τὸν λιμένα. VIII 34, 2. αἱ ἄλλαι νῆσες καταφεύγοντιν ἐσ τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα. VIII 42, 3. ταῖς λοιπαῖς ναυσὶ καταφεύγοντι καλεπότατα ἐποράξαν, φονευόμενοι ὑπὲρ αὐτῶν. VIII 103, 2. τὰς ναῦς, ὅσαι κατέργυγον, κομίζονται. VIII 106, 1. καταφεύγοντων τῶν Πελοποννησίων πρὸς τὸν Μείδιον ποταμὸν τὸ πρότον, ναῦς μὲν ὀλίγας ἔλαφον οἱ Αἴθραι, tum de hominibus dicitur, qui mare vel locum aliquem prope mare situm ex interiore terra fuga petunt, ut I 62, 4. τὸ στρατόπεδον ἐσ τὸ τεῖχος κατέργυγεν sc. τῆς Ολύνθου, quae urbs prope mare sita erat. II 79, 6. οἱ Αἴθραι ἐσ τὴν Ποτίδαιαν καταφεύγονταν. III 34, 2. ἐν τῷ Νοτίῳ οἱ καταφεύγοντες Κολοσσώνιοι κ. τ. λ., ubi cur compositum Thucydides scripscerit ex ipsis verbis, quae praecedunt, appareat, Colophonem enim τὴν ἄνω πόλιν vocat. III 70, extr. ὀλίγοι ἐσ τὴν Αττικὴν τριήρη κατέργυγον ἐπι παροῦσαν. III 98, 3. ἐπὶ τὴν θάλασσαν κατέργυγον. VII 23, 2. ἐσ τὰ πλοῖα κατέργυγον. IV 113, 2. καταφεύγοντες ἐσ τὰς ναῦς διασώζονται ἐσ τὴν Αίγινθον, quo etiam Τοροναῖ configurerunt IV 114, 1 et 4. IV 68, 2 κατέργυγον ἐσ τὴν Νίσαιαν (τὸν λιμένα τῶν Μεγάρων IV 66, 3). Huc vel locus referri potest, qui primo aspectu significationi praepositionis *κατά* repugnare videtur. III 72 ὁ δῆμος ἐσ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὰ μετέωρα τῆς πόλεως κατέργυγεν. Loquitur Thucydides de insula Corcyra, de qua jam Bloomfieldius recte dicit: „nisi accuratiorem quam nunc figurae insulae cognitionem nobis comparaverimus, fieri non

potest, ut hunc locum et alias hujus narrationis partes clare intelligamus.²⁴⁾ Ex iis quae sequuntur verbis appareat, arcem prope mare sitam fuisse,²⁴⁾ urbem vero quinque stadia ab arce distare Xenophon narrat in historia Graeca VI 26, *καταφεύγειν* igitur hoc quoque loco ad mare defugere significat. Neque hoc praepositio *ἐς* vetat, nam *ἐς τὴν ἀκρόπολιν* propter verba sequentia significare potest auf die Burg zu, nach der Burg hin. — Nove denique reliquis locis, quibus hoc verbum legitur, *καταφεύγειν* significat confugere vel profugere ad aliquid seine Zuflucht wohin nehmen, irgendwo suchen. Neque vero his locis praepositio *κατά* abundare mihi videtur, sed contra optime se habet. Nam, quum fugientes non sursum sed deorsum currentes cogitatione nobis singamus, cum notione fugiendi tam facile notio motus in inferiorem locum directi se conjungit, ut quamvis nulla talis motus ratio clare appareat, sed locus tantum, ad quem quis praesidii causa confugit, respiciatur, *καταφεύγειν* bene dici possit. Quare apte Thucydides hoc compositum simplici praefert, si quem ad aram dei confugisse narrat, veluti V 60, 5 ὁ δὲ *καταφυγῶν ἐπὶ τὸν βωμὸν περιγένεται*. VIII 84, 2. ὁ δὲ προϊδὼν *καταφεύγει ἐπὶ βωμὸν τηνα*. Similiter dictum est *καταφεύγειν* I 104, 2. III 113, 1. 114, 2. IV 54, 2. 96, 3. 104, 1. 130, 4. Eadem vis praepositionis *κατά* apparel in substantivo *κατάφεγξις*, quo bis Thucydides usus est VII 38, 3. et 41, 1. et in bicomposito *προκαταφεύγειν*, quod ter invenitur I 134, 1 *πρὸς τὸ ιερὸν τῆς Χαλκιοίκου χωρῆσαι δρόμῳ καὶ προκαταφεύγειν*, quo exemplo optime, quae de hac significatione disputavi, demonstrantur, quum verbum eundi antecedat. Reliquis duobus locis, quibus hoc verbum legitur, de navibus dictum est, quae ad terram profugiunt. II 91, 1. *τῆς προκαταφυγοῦσαι ἐς τὴν Ναύπακτον* et III 78, 2.

Κατιέναι proprio significat descendere, cujus usus exempla inveniuntur apud Homerum aliosque, veluti Od. XV, 505 *ἔσπερως δ' εἰς αὐτὸν ἴδων ἐμὰ ἔργα κάτειμι* ad urbem descendam: „von der Höhe des Koraxfelsen herab, wo das Gehöste des Eumeos lag“ (Ameis ad h. l.; Jl. XI 492 *ποταμὸς πεδίονθε κάτεισιν*, ubi scholiasta τὸ δὲ κάτεισι τὴν ἐξ ῥύψος καταφορὰν δηλοῖ. Jl. XIV 457 *κατίσειν δόμον Λίδος*).²⁵⁾ Apud Thucydidem ter tantum dicitur de vento, qui alicunde flat. Quid *κατά* sibi velit, facile perspicitur, venti enim e superioribus regionibus veniunt.²⁶⁾ Tres illi loci sunt II 25, 3 ἀνέμον *κατιόντος μεγάλον*, II 84, 2 ὡς τὸ πνεῦμα *κατήσει*, VI 2, 4 *κατιόντος τοῦ ἀνέμον*. In octavo denique libro quater hoc verbo de exsilibus, qui in patriam redeunt, Thucydides usus est, ubi quid *κατά* significet jam de verbo *κατάγειν* disputans indicavi. Quattuor illi loci sunt VIII 48, 3 *Ἀλκιβιάδης ἐδόκει Φοντίχῳ οὐκ ἄλλο τι σκοπεῖσθαι η̄ ὅτῳ τρόπῳ ὑπὸ τῶν ἑταίρων παρακληθεὶς κάτεισιν*, 53, 2 τῶν *Ἀλκιβιάδον* ἐκθρῶν [διαβοῶντων ὡς δεινὸν εἴη εἰ τοὺς νόμους βιασάμενος κάτεισιν, praeterea 65, 2 et 97, 2. Ex bicompositis unum tantum repperi ἐπικατιέναι II 49, 4 *ἐπικατιόντος τοῦ νοσήματος ἐς τὴν κοιλίαν* sc. ex pectore.

24. *Καὶ αὐτοῦ ξυλλεγεὶς ἰδρύθη καὶ τὸν Υλλαικὸν λιμένα εἶχον.*

25. Reliquos Homeri locos invenies in Dammii lexico s. h. v.

26. Sintenis ad Plutarchi Periclem 33, 3 ita disputat: *κατιέναι* stehend vom Wehen der Winde, beruhend auf der Vorstellung, daß die Winde sich vom Himmel (Jl. II 146 *Ἐνρός τε Νότος τε ὠροφέπαστας πατρὸς Λίος ἐξ νερελάνων*) oder den höchsten Bergen herabstürzen, Camill. 34 *πνεύματος μεγάλου κατιόντος ἀπὸ τῶν ὀρέων*.

Kατέρχεσθαι proprio significat devenire, eamque significationem bis apud Thucydidem habet. V 7, 3, ubi lectionem οὐ κατῆλθεν pro οὐκ ἀπῆλθεν vel οὐκ ἀνῆλθεν Poppo et Kruegerus receperunt et ad descensum a colle referunt, et IV 75, 2 de aestu deveniente κατελθόντος αἰγνιδίου τοῦ φεύματος. Reliquis locis de exsilibus in patriam redeuntibus dicitur, de quo verbi usu disputaverunt Reisig Oed. Col. enarr. p. 93 et Porson ad Phoen. 1011. Illi loci hi sunt: I 126, 7. ἡλασαν οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς ἐναγεῖς . . . κατῆλθον μέντοι ὑστερον. II 33, 1. Εναρχος βονλόμενος ἐς τὴν Ἀσταγον κατελθεῖν. I 113, 2. οἱ φεύγοντες Βοιωτῶν κατελθόντες. IV 66, 2. τομίζοντες ἐλάσσω σφίσι τὸν κίνδυνον ἢ τοὺς ἐκπεσόντας ὑπὸ σφῶν κατελθεῖν. VIII 47 Ἀλκιβιάδης εἰδὼς, εἰ μὴ διαφθερεῖ αὐτήν, διτὶς εἴσται ποτὲ αὐτῷ πείσαντι κατελθεῖν. VIII 47, 2. οὐ δημοσιεύει τῇ ἔαντὸν ἐκβαλούσῃ κατελθών. VIII 48, 2. Ἀλκιβιάδον κατελθόντος. VIII 50, 1. ἢν κατέλθῃ (δ Ἀλκιβιάδης). VIII 68, 3. τομίζων οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν ὑπὸ ὀλιγαρχίας κατελθεῖν. VIII 81, 3. εἰ αὐτὸς κατελθὼν αὐτῷ ἀναδέξαιτο.

Καταβιβάζειν, cuius verbi simplex apud Thucydidem non legitur, duobus tantum locis repperi²⁷⁾ V 65, 4 ἐβούλετο τοὺς ἀπὸ τοῦ λόφου βοηθοῦντας καταβιβάσαι et VII 86, 1. τοὺς ἄλλους τῶν Ἀθηναίων κατεβίβασαν ἐς τὰς λιθοτομίας, in lautumias deducere cfr. Cic. Verr. II 5, 27, 68.

His verbis eundi optime adjungitur substantivum **κάτοδος**, proprium vocabulum de exsulum in patriam reditu, quam significationem solam apud Thucydidem habet, idque his locis III 85, 2. V 16, 4 (bis), tum septies in octavo libro de Alcibiadis reditu 47, 1, ubi εἰς τὴν πατρίδα additum est, 49. 50, 1. 76, 6. 81, 1. 83, 1. 87, 1. Restat praeterea unus locus III 114, 2, ubi de Demosthenis reditu in patriam dictum est, qui quidem non erat exsul, sed post cruentissimam cladem, quam Atheniensibus Aetoli intulerant, Athenas non ausus reverti Naupacti remanserat cfr. III 98 extr.

Καταπλεῖν ex alto ad littus navigare his locis invenitur I 5, 2. 51, 3. II 103 1. III 4, 1. 26, 1. 29, 2 (bis), 114, 1. IV 26, 4. 42, 4. 101, 3. 106, 3. 107, 1. V 2, 1. VI 42. 52, 2. 61, 5. 102, 3. VII 25, 3. VIII 13. 14, 1. 22, 2. 25, 1. 26, 2. 35, 1 et 3. 74, 2. 79, 3. 108, 1 (bis). Substantivum **κατάπλοντος** bis tantum legitur IV 10, 5 et 26, 4.

Κατακομίζειν ex superiore regione in inferiorem deferre, ut IV 67, 3. **ἀκάπτον** κατακομίζειν ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ ἐκπλεῖν. et VI 88, 5 (οἱ τὴν μεσόγαιαν ἔχοντες στον κατεκόμιζον τῷ σιρατεύματι (ἐν τῇ Νάξῳ ἐστρατοπεδεύμένῳ). Naxus autem Siciliae urbs maritima est. Saepius hoc verbum non legitur. — Idem valet praepositio in substantivo **κατακομίδη**, quod deportationem frugum e mediterraneis regionibus ad portus significat et I 120, 2 invenitur.

Κατατίθενται deponere aliquid i. e. in inferiorem locum ponere ut VII 83, 3 κατέθεντο τὰ ὄπλα sc. in terra²⁸⁾), tum idem valet ac pendere, persolvere I 27, 1 **πεντήκοντα** δράχμας pro quo verbo paullo post legitur **καταβάλλειν**. VII 82, 3 τὸ ἀργύριον δὲ εἰχον ἄπαν κατέθεσαν ἐξβαλόντες ἐς ἀσπίδας ὑπίας. Hinc ille manavit usus, ex quo **κατατίθενται** significat aliquid alicubi deponere custodiendi servandique gratia. Sic imprimis de obsidiibus dicitur, qui aliquo custodiendi traduntur, veluti I 115, 3 δομήσοντες ἐλασσον τῶν Σαμίων καὶ κατέθεντο ἐς Λίμνον. III 28, 3. Πάκτις ἀναστήσας αὐτὸν ὥστε μὴ ἀδικῆσαι, κατατίθεται ἐς Τέ-

27. **Ἀναβιβάζειν** item bis legitur VII 33, 4 et 35, 2.

28. Cfr. Hom. Il. III 114 τεύχεα τὸ ἐξεδύοντο τὰ μὲν κατέθεντι ἐπὶ γαῖῃ.

νεδον μέχοι οὖς τοῖς Ἀθηναίοις πι δόξῃ. III 35, 1. ἀποπέμπει τὸν ἐκ τῆς Τενέδου Μυτιληναίων ἄνδρας, οὓς κατέθετο. III 72, 1. ὅσους ἔπεισαν κατέθεντο ἐξ Αἴγυναν. III 102, 1. τὸν δύμηρον κατέθετο ἐξ Κυτίνιον. IV 57, 4 τούτους οἱ Ἀθηναῖοι ἐβούλεύσαντο καταθέσθαι ἐξ τὰς νήσους. V 61, 4. δύμηρον, οὓς κατέθεντο οἱ Λακεδαιμόνιοι παραδοῦνται. V 84, 1 τριακοσίους ἄνδρας κατέθεντο Ἀθηναῖοι ἐξ τὰς ἐγγὺς νήσους. VIII 3, 2 κατέθετο τὸν δύμηρον ἐξ Κόρινθον. Eodem modo Latini verbo deponendi utuntur veluti Livius 42, 5 extr. „inter ipsos fides obsidibus ultro citroque datis firmata est. Corinthus, ut ibi deponerentur, ob-sides convenit.²⁹⁾ Pariter interpretandae sunt locutiones translatae χάριν κατατίθεσθαι I 33, 1. εὐεγεσταν κατατίθεσθαι I 128, 3, ubi recte metaphoram a pecunia apud aliquem deposita translatam esse Goellerus monet, ἀιδον δόξαν καταθέσθαι IV 87, 4 („unsterblichen Ruhm euch zurücklegen wie einen Schatz“ Krueger.³⁰⁾ Restant denique duo exempla, in quibus hoc verbum diversam habet significationem I 121, 1 τὸν πόλεμον ἐγείρομεν καὶ καταθησόμεθα αὐτὸν et IV 20, 2. ξυμφορᾶς μετρίως κατατίθεμένης. Utroque loco bejetigen verti potest, quae significatio quomodo ex prima deducenda sit, facile cognitu est; quod enim deponitur, removetur. Neque vero puto eodem modo verbum interpretandum esse, si de obsidibus dicitur, id quod Passovius fecisse videtur vertens sūch vom Halse schaffen und wchin bringen, tum enim metaphoram a pecunia apud aliquem deposita translatam esse persuasum habeo. Hoc loco denique silentio praeterire nolo substantivum παρακαταθήκη, quod semel legitur II 72, 4 et depositum significat. De hac vocabuli significatione bene disputavit eamque exemplis illustravit Baiterus in praefatione ad Isocratis panegyricum (ed. II Spohnii) p. XI et in annotatione ad cap. 51.

Καταχλίζειν. semel legitur III 89, 2 ἡ θάλασσα ἐπελθοῦσα ἀπὸ τῆς τότε οὖσης γῆς κυματωθεῖσα ἐπῆλθε τῆς πόλεως μέρος πι, καὶ τὸ μέν κατέκλυσε (i. e. κατάκλυσν ἐποίησε) τὸ δ' ὑπενόστησεν. Vix opus est monere in hoc quoque composito aptissimam esse prae-positionem, nam mare, ut agros inundet, crescere tumque in inferiore terram effundi omnes sciunt.

Καταπατεῖν quod bis apud Thucydidem V 72 extr. et VII 84, 2 repperi, proprie significat niedertreten, pro quo verbo Germani quidem zerbreten dicere solent, quod Latinorum conculcare respondet. Aliam vero esse Graecorum, aliam Romanorum nostramque in verbis compositis cogitandi rationem jam monui.

Καταγρύνειν. In hoc composito praepositionem non esse supervacaneam intelliget, qui ea, quae conciduntur, ad inferiorem locum decuti quaque franguntur saepe ad terram deflecti reputaverit. Nos quidem ad divulsas rei fractae partes respicientes non niederbrennen sed zerbrechen, zertrümmern dicimus, Graecos vero non minus apte composito cum κατά uti, ex iis quae modo dixi appetet. Ceterum hoc verbum bis tantum apud Thucydidem legitur III 89, 3 et IV 11, 3. Verbum simplex, quo frequenter poetae, perraro scriptores utuntur, apud Thucydidem non inventur.

Καταλύειν proprie significat abjungere (Virg. G. III 518 Prop. III 4, 12) jugum vel onus jumentis demere, ut apud Homerum Od. IV 28 καταλύσομεν ὑπόνος. Eodem sensu etsi verbum simplex scriptores Graeci dicunt tamen inde nemo concludet

29. efr. Herzog ad Caesar. bell. Gall. 7, 63.

30. Alia hujus usus exempla collegerunt Dorville ad Charit. p. 448 et Wesseling ad Diodor. IV 1.

praepositionem *κατά* supervacaneam esse et *καταλίνειν* idem significare quod *λέειν*; possumus enim verbo generali uti, ubi, si diligenter et accurate loquimur, verbum speciale ponimus. Haec rara verbi vis clare cognoscitur, ubi *καταλίνειν* Latinorum devertere, Gallicorum descendre, nostro cunctis respondet, quam significationem semel apud Thucydidem habet I 136, 2 ἀναγκάζεται παρὰ Ἀδμητον *καταλῆσαι*, ubi scholiasta haec adnotavit: *καταλῆσαι μὲν συνίως ἐπὶ τὸν ὄχουμένων ἐπὶ ἄρματος, κατάγειν δὲ ἐπὶ νεώς.* Ex hac prima verbi *καταλίνειν* significatione omnes aliae duci possunt. His enim semper notio finienda, finem alicui rei faciendo subest, quae quam facile ex illa prima emanet quisque videt; nam jumenta, quibus jugum vel onus demitur, missa sunt vacationemque muneris sui habent. Hac de causa de tyrannis vel aliis reipublicae gubernatoribus, quibus imperium abrogabatur, optime verbo *καταλίνειν* Graeci utebantur, cuiusmodi dictiones frequentes sunt, veluti *καταλίνειν τὸν τυράννον* I 18, 1. *μονάρχον* I 122, 3. *τὸν δῆμον* III 81, 3. VIII 54, 3. 64, 2. et 3. 86, 1 et 7. 65, 1. (*τὸ βασιλικὸν γένος* Plato Crit. 120 C.), tum de rebus quae abolentur, tolluntur, ut *τὴν τυραννίδα* VI 53, 3. *τὴν δημοκρατίαν* VIII 47 extr. et VIII 63, 2. *τὰ βούλευτήρια καὶ τὰς ἀρχάς* II 15, 2. *τὸν τόμον* VIII 76, 6. *τὸν ἄγωνας* III 104, 7 et universe de iis, quibus finis imponitur, ut *τὸν πόλεμον* I 24, 4. II 29, 4. 95, 2. III 115, 3. IV 108 extr. V 31, 2. 47, 4 et 6. VII 31, 3. 31) *τὴν αὐξησιν τὸν ἔχθρον* I 69, 3. *τὸν πλοῦν* IV 34, 6. *τὴν ἐλπίδα* II 89, 8. *τὰ ἐγκλήματα* I 82, 5. *τὸν κοινὸν ἀγαθόν* V 90, 1. Ita quoque interpretandus est locus qui III 46, 1 legitur *οὐκονν καὶ ἀνέλπιστον καταστῆσαι τοῖς ἀποστάσιν, ὡς οὐκ ἔσται μεταγνῶναι καὶ ὅτι ἐν βραχνάτῳ τὴν ἀμαρτίαν καταλῆσαι*, peccatum finire den Fehler auslöschen, wieder gut machen. Significat denique *καταλίνειν* tribus locis V 23, 2 et 3 et VIII 58, 5. pacem facere, quam unam significationem medium *καταλίνεσθαι* apud Thucydidem habet his locis I 81, 2. IV 18, 3. V 16, 2. 17, 3. VI 13, 3. 36, 3. VIII 58, 5. Ad activam formam scholiasta aliquie Thucydis interpretes recte *τὸν πόλεμον* supplent similiterque neutralem significationem explicant ac verbi *καταλαμβάνειν* in dictione *ὁ πόλεμος καταλαμβάνει sc. τὸν ἀνθρώπον* vel simile quid, der Krieg erfaßt (die Menschen) i. e. tritt ein. — Idem est substantivi *κατάλησις* usus; dicitur enim *κατάλησις τὸν τυράννον* I 18, 3. *τὸν δῆμον* I 107, 4. VI 27, extr. 28, 2. VIII 49. *τῇ τυραννίδι* VI 54, 3. *τὸν Ἀθηναῖον* (schol. *τὴν δύναμιν τὸν Ἀθηναῖον*) VIII 26, 1 *τὸν πολέμον* IV 118, 5 et 9 (bis) VIII 18, 2, quod supplendum est IV 20, 3 et VIII 37, 3.

Bicomposita haec inveniuntur: *προκαταλίνειν τὸν τόμον* III 84, 1 antea leges tollere et *συγκαταλίνειν τὸν δῆμον* VIII 68, 1 et 3 simul populi imperium solvere.

Κατέχειν undequinquaginta locis apud Thucydidem legitur. Omnis verbi usus a significatione tenendi, quam verbum simplex habet, proficiscitur. Primum enim significat depresso aliquem vel aliquid tenere, ut *κατέχειν τὸ πλῆθος* II 65, 5 et III 62, 3. *τὸν ὄχλον*

-
31. Apud Plutarchum *καταλίνειν* et *λέειν τὸν πόλεμον* dicitur, illud Them. 6 Lyc. 21. Comp. Lyc. c. Num. 2. 24. Demetr. 20. Poplic. 18. Crass. 11.; hoc Alcib. 14 Comp. Nic. c. Crass. 2. Coriol. 30. 37. Timol. 35. Pyrrh. 21. Cim. 18. (*διαλῆσαι τὸν πόλεμον* Comp. Sol. c. Popl. 4 fin.). Item *κατάλησις τὸν πολέμον* Marcell. 8. Rom. 21, sed *λήσις τὸν πολέμον* Timol. 35. cfr. Haitinger in actis philol. Monacensium III p. 200. et Wagler: Beobachtungen über die neuere deutsche Dichtersprache Progr. v. Luckau, qui p. 1—21 permultos locos ex poetarum Germanicorum operibus contulit, quibus verbum simplex pro composito positum est.

VIII 86, 4. οὗτο πανταχόθεν ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ πολὺν χρόνον κατείχετο μήτε κοινῇ φανερὸν μηδὲν κατεργάζεσθαι I 17, 2. τῆς ἄλλης πόλεως καὶ ἀνάγκην κατεχομένης (schol. κατειργομένης, ἀναγκαζομένης) VIII 38, 2. ἀνόητον ἐπὶ τοιούτους ἔναι τὸν κρατησας μὴ κατασκήσει τις VI 11, 1. καίτοι τοὺς μὲν κατεργασάμενοι καὶ κατασχομένοι iibd., κατέχονται sc. τῷ πόλεμῳ VI 10, 3. ὡς ἐκάστη τις (sc. ξυντυχία) κατέχεται ὑπὸ ἀνηκέστου τινὸς κρείσονος III 45, 3. — Hinc orta est significatio retinendi; nam is, qui deprimitur, longius procedere nequit. Ad hanc significationem referendi sunt hi loci: I 91, 2 Θεμιστοκλῆς τοῖς Ἀθηναῖς κρύψα πέμπει κελεύων ὃς ἦκιστα ἐπιφανῶς κατασκεῦν καὶ μὴ ἀφεῖναι (sc. Lacedaemoniorum legatos) ποὺν ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν. I 91, 3 οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς πρέσβεις κατέχον. I 130, 2 κατέχειν τὴν διάνοιαν οὐκ ἥδύνατο. III 3, 3 τὰς δέκα τριήρεις κατέσχον οἱ Ἀθηναῖοι. III 107, 2 βίᾳ κατέχοντο (schol. ἐκωλύοντο). IV 130, 4 μόλις οἱ στρατηγοὶ κατέσχον ὥστε μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαγθείρεσθαι. II 86, 1 οἱ Ἀθηναῖοι περὶ Κρήτην κατέχοντο. III 12, 1 δέει τὸ πλέον ἡ φιλία κατεχόμενοι ζύμιαχοι ἦμεν. III 94, 1 ἐν τῇ Μήλῳ οἱ Ἀθηναῖοι κατέσχοντο. III 105, 1 τὴν στρατιὰν κατέσχον. VI 29, 3 κατέχειν τὴν ἀναγωγήν. Eandem significationem huic loco tribuo VIII 100, 2 αἰσθόμενος ὅτι ἐν τῇ Χίῳ εἴη καὶ νομίσας αὐτὸν καθέξειν αὐτοῦ σκόπους μὲν κατεστήσατο καὶ ἐν τῇ ἀντιπέρας ἤπειρῳ, εἰ ἄρα ποι κινοῦντο αἱ νῆσοι. Etsi quidem omnes fere interpretes intransitivam notionem hoc loco verbo dant, tamen Heilmeieri interpretationem, qui verbum transitive positum esse putat, rectam habeo, quam sententiam a Poppone non omnino damnumdam vocatam optime sequens verbum κυνοῦντο confirmat. Neque aliter verbum IV 92, 5 εἰώθασι — τὸν πόλεμον ἀρχοντας ἵσσοντας κατέχειν intelligendum est. Hujus loci diversas interpretationes Poppe profert. Ipsius sententia haec est: „si κατέχειν hic proprie retinere est, in eo certe non superandi sed detinendi et morandi aliquem vis quaerenda, quare etiam sustinere dixeris.“ Retinendi vim bene eognovit vir doctissimus, caussam retinendi male indicavit. Neque enim ut hostes detineant sed ut cum iis pugnant, quominus progrediantur, impediunt Athenienses. Neque alia praepositionis κατά significatio est, si κατέχειν valet occupare aliquid, tum vero maxime notio firmiter occupandi praepositione indicatur. Sic primum dicitur de urbibus vel terris occupatis. III 6, 2 τῆς γῆς τῆς μὲν ἄλλης ἐκράτουν οἱ Μυτιληναῖοι, τὸ δὲ περὶ τὸ στρατόπεδον οὐ πολὺ κατέχον οἱ Ἀθηναῖοι. IV 92, 6 ὅτε τὴν γῆν ἡμῶν στασιαζόντων κατέσχον. IV 110, 1 Τορώνη κατεχομένη ὑπὸ Ἀθηναίων; deinde de aliis quoque rebus, quibus quis potitur, ut IV 2, 2 λιμοῦ ὄντος μεγάλον ἐν τῇ πόλει νομίζοντες κατασκήσειν ὁρδίως τὰ πράγματα. IV 130 extr. ἐπειδὴ τὰ περὶ τὴν Μένθην κατέσχον κ. τ. λ. VI 9 extr. οὐ δόρδια ἔστι κατασκεῦν (schol. κτήσασθαι) ἐφ' ἀ ὠρμησθε. VI 39, 2 ἀ προθυμοῦνται ἀδύνατα ἐν μεγάλῃ πόλει κατασκεῦν. VI 55, 3 τὴν τυραννίδα κατασκεῦν. II 62, 4 μετὰ πόνων καὶ οὐ πᾶρα ἄλλων δεξάμενοι κατέσχον τε καὶ προσέπι διασώσαντες παρέδοσαν ἡμῖν αὐτὰ τὰ προκεκτημένα. VI 95, 7 ὁ δῆμος ἐπιθέμενος τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχοντιν οὐ κατέσχεν. VII 66, 2 τὸ ναυτικὸν ἔπειρον πάντα κατέσχον.

Sic etiam de rebus dicitur aliquem quasi occupantibus et tenentibus, veluti V 5, 2 οὐδὲ ἀν τότε ἐσπείσαντο εἰ μὴ αὐτοὺς κατέχειν ὁ πόλεμος. I 6, 3 Τάνων τοὺς πρεσβυτέρους ἐπὶ πολὺ αὖτις ἡ σκευὴ κατέσχεν. — Restant denique duae verbi κατέχειν significationes intransitivae: se tenere vel valere (jīch behaupten) et appellere (landen). Harum prior proprie eadem est atque ea, de qua modo disputavi. Apparet enim maxime in locutione κατέχει ὁ λόγος, quam apud Thucydidem his locis repperi I 10, 1 et I 11 extr. proprieque valet: fama tenet homines, eodem igitur modo interpretanda est ac locutiones illae ὁ πόλεμος καταλαμβάνει et καταλύει sc. τὸν πόλεμον. Disseruit de hac dictione Valkenarius ad Hippolytum v. 1466. Eandem fere vim verbum his locis habet: III 89, 2 τῶν σεισμῶν κατεχόντων. IV 32, 2

ὅσοι περὶ Πύλον κατέχουν. VI 86, 2 εἰ καὶ κατεγασάμεθα ἀδύνατοι κατασχεῖν. VIII 28, 2 Ἰα-
σος, ἐν τῷ Ἀμόργης πολέμιος ὥν κατεῖχε. Alteram deinde significationem intransitivam non tam
verbū κατέχειν habet, quam altera ejus forma κατίσχειν, quae omnibus locis, non solum
qui apud Thucydidem, sed etiam qui apud alios scriptores leguntur, apparet, quibus verbū
hanc significationem obtinet, ut Thuc. IV 42, 3 ἔνθα αἱ νῆσες κατέχον. IV 42, 4 ἐπειρόνων
τοὺς Ἀθηναίους οὐ κατασχήσονται. IV 54, 1. 57, 3. VI 23, 2. VII 33, 3. 70, 1. VIII 23, 2.
Soph. Phil. 221. 270. Xen. Hell. II 1, 29. anab. V 9, 33. 6, 20. VI 4, 3. Eur. Cyc. 222.
Hel. 1206. Arrian an. VI 19, 3. Archel. frg. I 2 ναυτίλῳ πλάτῃ Ἀργος κατασχών. Jure suo
igitur Elmslejus ad Eurip. Heracl. 84 Hermannum vituperasse nūhi videtur, quod de me-
tris p. 245 hoc Euripidis loco κατέχεται scripsit. At quaerendum praeterea est, quomodo
haec significatio ex reliquis orta sit. Evidem puto arcte eam cohaerere cum notione re-
tinendi, verbū igitur initio hoc quoque sensu transitivum fuisse, cuius usus exempla apud
Homerum et Herodotum exstant, ut Od. 11, 456 γίλην ἐσ πατρίδα γαῖαν νῆσα κατασχέμεναι.
Her. VIII 40 δ στρατὸς ἐσ Σαλαμῖνα κατίσχει τὰς νῆσας. Apollon. Rhod. III 57. ἐνὶ Φάσιδι νῆσα κα-
τίσχει, tum et propter frequentem vocabuli νῆσος ellipsis, de qua cfr. Schaefer ad Lambert.
Bos. p. 314 seqq., et propter usitatam verborum cum ἔχειν compositorum significationem
transitivam, de qua cfr. Kruegeri gramm. 52, 2, 3, hoc quoque verbū eandem accepisse.

Ex bicompensis hujus verbi semel tantum leguntur παρακατέχειν VIII 93, 2 et προ-
κατέχειν IV 105, 1.

Kataλαμβάνειν proprie significat deprehendere³²⁾ auf etwas herabfassen, ei-
nen erfassen, packen veluti apud Homerum, qui saepe hoc verbo de morte aliquem occupante
usus est, (Il. V 83. XVI 334. XX 477. Od. XVII 326). Similiter apud Thucydidem de
rebus adversis, quas quis nanciscitur, inveni, ut IV 20, 1 καλῶς, εἴπερ ποτὲ ἔχει ἀμφοτέροις
ἡ ξυναλλαγή, ποτίν τι ἀνήκεστον διὰ μέσον γενόμενον γῆμας καταλαβεῖν. Clarius etiam quam hoc
loco prima verbi vis VIII 63, 2 appareat ἐπειδὴ οἱ πρέσβεις ἐσ τὴν Σάμον ἤλθον τὰ ἐν αὐτῷ
τῷ στρατεύματι ἐπι βεβαιότερον κατέλαβον, quae verba Kruegerus recte interpretatur „sie ver-
sicherten sich der Verhältnisse im Lager noch mehr.“ cfr. VII 57, 10. Ad eundem ni fallor
verbi usum etiam locutio δόποτε πόλεμος καταλάβοι, quae ter legitur II 18, 1. 54, 2. IV 31, 3
referenda est. Nam etsi his locis verbū intransitive, ut grammatici dicunt, positum esse
videtur, simpliciterque germanice verti solet wenn der Krieg eintritt, tamen haec significatio
minime ex ipsius verbi notione duci potest, sed proprie accusativus objecti, ut τοὺς ἀνθρώ-
πον vel simile quid, supplendus est, illaque locutio proprie valet wenn der Krieg (die Men-
schen) erfaßt. Ad hanc significationem facile accessit notio firmiter tenendi, quae in dictione
τοὺς ὄρκοις κατειλημένος I 9, 1 et IV 86, 1 reperitur, quibuscum locis conferri possunt, quae
V 21, 2 leguntur βούλόμενος εἰδέναι εἰ ἐπι μετακυνῆτη εἴη ἡ δομολογία, ἐπειδὴ εἴδε κατειλημένας,
αὐτὸς . . . κατὰ τάχος ἐπορεύετο, ubi Kruegerus in annotatione lectionem κατειλημένον profert,
quam sine ulla dubitatione veram esse confirmaverim, quum nec substantivum adsit,
ad quod feminina forma referri possit, nec Thucydides nisi de hominibus hoc verbo ita
ntatur. Frequens deinde significatio hujus verbi est locum aliquem occupare, cui certe notio
considendi subest, ut nos quoque dicimus besegen, sich wo festigen, in Besitz nehmen. Hanc
significationem his locis verbo tribuam I 105, 3. 126, 2 et 3. II 3, 1. 5, 3. 18, 3. 72, 3.

32. Tacit. Agric. 7. nuntio deprehensus est, ubi Wex annotavit „inopinatus enim erat nuntius.“

81, 3 et 5. III 30, 2. 31, 1. 56, 1. 72. 105, 1. IV 1, 1. 3, 3. 6, 1. 7. 8, 6. 73, 1. 76, 3. 113, 2. V 4, 3. 26, 1. 58, 2. 65, 1. VI 64, 1 et 3. 65, 4. VIII 61, 3. His omnibus locis de hostibus, qui vel urbem vel arcem vel castra occupant, dictum est, de aliis rebus Thucydides semper verbo simplici utitur. — Aliis deinde locis *καταλαμβάνειν* significat asse- qui aliquem, ex fuga aliquem reprehendere ut IV 127, 1 *νομίσαντες φεύγειν τε αὐτὸν καὶ καταλαβόντες διαφθείρειν*. V 10, 8. *Κλέων εὐθὺς φεύγων καὶ καταληφθεῖς ὑπὸ Μυρονίου πελ- ταστοῦ ἀποθνήσκει.* VII 81, 1 *κατὰ τάχος διώκοντες καταλαμβάνονται αὐτοὺς περὶ ἀρίστου ὥραν.* VII 83, 1. VIII 15, 2. 102, 2. Hanc significationem arcte cum prima cohaerere vel potius primam ipsam esse puto. Nam quod aliquis deprehendit id jam assecutus est, vel, ut accu- ratius dicam, hostes persequentes, posteaquam adversarios assecuti sunt, eos capere solent. Ex hac notione assequendi ducenda est illa significatio, quae nostro antreffen, funden re- spondet hisque locis apparent. I 59, 1. 61, 2. II 56, 3. 94, 3. III 69, 1. 115, 2. IV 70, 2. 77, 2. 92, 1 et 2. 129, 1. V 59, 2. VI 53, 1. 94, 3. VII 2, 2. 30, 1. 33, 5. VIII 55, 1. 65, 1. 98, 3. Adjectivum verbale *καταληπτός* semel legitur III 11, 2. item substantivum *κατάληψις* III 33, 3. Bicomposita haec inveni: *ἐγκαταλαμβάνειν* III 33, 5. IV 19, 2. 35, 2. 39, 2. 116, 1. V 3, 2. VII 24, 2. 30, 2. *ἐγκατάληψις* V 72 extr. *ἐπικαταλαμβάνειν* II 90, 4. III 111, 1. *προκαταλαμβάνειν* I 33, 3. 35, 4. 57, 4. II 2, 3. III 2, 2. 3, 2. 46, 4. 110. 112, 1 et 4. IV 89, 3. 104 extr. 127, 2. V 30, 1. 57, 1. VI 18, 3. 99, 3. *συγκαταλαμβάνειν* VII 26, 3. —

Reliqua verba in aliud tempus differo, ne plura afferendo fines hujus modi libellis praescriptos transeam. Sed priusquam scribendi finem faciam liceat mihi, id quod supra promisi, sententiam meam de imperativo passivo, quae fortasse non negligenda videbitur, breviter hoc loco comprehendere. —

Additamentum.

Apud Horatium quadringenti quinque, apud Virgilium octingenti novem loci, quibus imperativus legitur, inveniuntur, sed numquam apud priorem, ter tantum apud posteriorem poetam formam imperativi passivi in re exeuntem, quae quidem non manifesto ad verbum deponens referenda esset, repperi. Hanc exemplorum paucitatem demiratus naturam imperativi passivi perpendi brevique mihi persuasi, secundam hujus modi personam non ad significationem passivi sed mediī revocandam esse.³³⁾ Quod ut demonstrem aliquid de natura passivi et mediī afferam necesse est.

Quum natura passivi ea sit, ut hoc verbi genere perpassio significetur, qua quis aut ab altero afficiatur aut a se ipso, ita vero semper, ut duo quasi homines intelligantur, jam quisque videt, imperativum tali vi esse non posse. Neque enim cuiquam imperare possum, ut aliquid ei fiat, quod non ex eo solo pendeat. Tale enim jussum non tam ad ipsum spectaret quam ad illum, qui perpassione afficit. Natura mediī a notione passivi hac

33. Tertiam personam in re exeuntem apud neutrum poetam inveni, bis in Ciceronis legibus II 24, 60 servilis unctione tollitor omnisque circumputatio. III 3, 8. regio imperio duo sunt, iisque praeceundo, judicando, consulendo praetores, judices, consules appellantur.

re tantum differt, quod caussa externa perpessionis subjecti, quod vocant, omnino negligitur.³⁴⁾ Hanc mediū naturam quum lingua germanica forma verbi activi cum pronomine reflexivo conjuncta reddere soleat, Buttmannus omnesque alii grammatici, non satis hoc verbi genus perspicientes, parum accurate naturalem et principalem mediū significationem reflexivam esse docent, quo nomine ejus vim partim nimis late extendunt, partim in nimis exiguum gyrum compellunt. Neque enim omne verbum activum cum pronomine reflexivo conjunctum medio respondet eoque verti licet, veluti *sich tödten*, *sich loben*, *sich lieben*, *sich retten*, *sich erhölen*, *sich erhängen* (*ἀποκτείνειν*, *ἐπαινεῖν*, *φιλεῖν*, *σώζειν*, *ἀναλαμβάνειν*, *ἄναρταν* *έαντον*) neque medium semper verbo reflexivo e Graeco in Germanicum converti potest, veluti *ἔγειρόμαι*, *ἄρχομαι*, *παίνομαι*, *ἐπιλανθάνομαι* alia.

Hoc verbi genus in lingua Graeca tam usitatum etiam Latinos cognovisse jam multi concedunt,³⁵⁾ quam non solum multa verba deponentia, quorum numerus sine dubio major est quam vulgo putant ac fortasse omnia comprehendit,³⁶⁾ dilucide idem ac Graecorum media significant ut laetor, vescor, glorior, reminiscor, miror, orior, misereor, proficiscor, sed etiam passivum multorum verborum activorum eandem saepe habeat significationem ut moveor, crucior, fallor, induor, exerceor, accingor, feror, delector, pascor, cuius imperativus legitur apud Ovidium Met. VI 280 „pascere crudelis nostro Latona dolore“ terreor, cuius imperativus apud Virgilium invenitur in Aeneide VIII 40. Neque vero omnia mediū Latini indicia et vestigia, de quibus cfr. Wex ad Tacit. Agr. 16 et quos afferit Forbiger ad Virg. Aen. I, 234., hoc loco conquirere in animo est, sed ad id unum tantum eorum, qui aliquando hoc argumentum sibi proposuerint, animos advertere volui, quod imperativus passivi, qnamvis raro inveniatur, semper, nisi fallor, ad naturam mediū revocandus erit. — His expositis tres illos locos Virgilii non difficiles puto habituros esse explicatus. Quod ad primum attinet, qui in Aeneide II, 707 legitur „ergo age, care pater, cervici imponere nostrae“ jam quisque intelligit, hunc imperativum non eadem affectum esse significatione, qua reliquas passivi formas. Neque vero Jahnio, Wagnero, Forbigero aliisque Virgilii interpretibus, qui, etsi medialem significationem cognovisse videntur, imponere pro impone te positum esse putant, assentior, sed idem inter has formas interest, ac si nos dicimus *seße dich* et *seße dich* aut Graeci *ἐνίθεσο* et *ἐνθες σε*.³⁷⁾ Neque aliter rem se habere Aen. XII, 800. „Desine jam tandem, precibusque inflectere nostris“ quisque intentis oculis animoque locum contemplatus videbit. Tertio denique loco Aen. 3, 405.

Quin ubi transmissae steterint trans aequora classes

Et positis aris jam vota in litore solves

Purpureo velare comas adopertus amictu etc.

sunt qui putent infinitivum Graecorum modo pro imperativo positum esse ut Georg. 3, 335

-
34. „Das Medium drückt eine Einwirkung aus, unter welcher ein Subject sich befindet, ohne daß eine äußere Ursache, wodurch es diese Einwirkung erleidet, ins Auge gefaßt wird.“ Ita fere Carolus Lehrsius, vir illustrissimus, quum Regimontii scholis ejus interessem me docuit.
 35. cfr. Noelting: über das Lateinische Deponens. Programm von Wismar 1859.
 36. cfr. cruciari et se cruciare, fortuna inclinatur et se inclinat.
 37. cfr. Noelting progr. p. 17 seqq.

„Tum tenuis dare rursus aquas et pascere rursus“, quibus locis ad confirmandam sententiam suam quod non addiderint locum quem modo attuli „ergo age, care pater, cervici impomere nostrae“ miror. Horum sententia etsi omnino rejici non potest, imprimis si consideremus forma infinitivi magis quam imperativi imperii vim et vehementiam premi, quum persona neglecta sola actio observetur, quae hujus usus explicandi ratio multo magis mihi placet quam grammaticorum illorum, qui infantium quasi linguam audire sibi videntur, tamen cum Jahnio, Wagnero, Forbigero „velare“ imperativum esse censeo. Neque vero eodem modo ac Forbigerus hanc locum explicem, qui „velare comas“ positum esse dicit pro „vela comas tuas“ quemadmodum apud Ovid. amor. I 1, 29 „cingere litorea flaventia tempora myrto, Musa“, sed eadem fere ratione qua Graecorum medium saepe interpretari debemus, veluti *ψῆφον τίθεσθαι*. Activo enim *υθένα*, objectum, quod vocant, i. e. suffragium, respicitur, medio vero *τίθεσθαι* posito nemo jam de tabula ponenda sed tantum de sententia ferenda cogitat. Ita etiam Romani „velari comas“ dicebant, si non quamcunque velandi capitum actionem significare volebant sed illam unam, quae ad sacra facienda pertinebat, ubi capita et velamenta non respicientes de sola actione cogitabant. Recte igitur etiam Aen. 3, 545 Wagnerus, cui adsentitur Peerlkampius scripsit „Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.“ —

Scribebam Weirowiae mense Junio anni MDCCCLXI.

